

A

16005  
—  
VIII.

52006111 4725

# HEROICORUM SACRORUM

*LIBRI TRES.*

Primus continet Acta Ducum,  
Judicum, & Heroum Politix  
Judaicæ.

Alter exhibet, Facta Regum,  
Regni Judaici Coniuncti & Divisi, usque  
ad transportationem Assyriacam populi Judaici,  
Templi Salomonis & Hierosolymæ primam  
everisionem per Nabuchadonozorem  
Monarcham.

Tertius complectitur Redi-  
tum populi Israelis, è Captivitate Baby-  
lonica, civitatis & Templi instaurationem, Du-  
cum, Dynastarum, Pontificum & Regum regi-  
men, Hierosolymæ & Templi everisionem secun-  
dam, Politix Judaicæ abrogationem, per  
Titum Vespasianum.

*Rudi Minerva elaborati,*

per

CHRISTOPH. PARSCHITIUM,

Exulem Christi Hungarum,

Anno ConDVCTVM!

LIPSIÆ, Typis JOH. HEINR. KÖNIGII.

*Efai. VI. v. 3.*

SANCTUS,  
SANCTUS, SANCTUS,  
DOMINUS DEUS ZEBATH,  
PLENI SUNT COELI  
ET TERRA, MAJESTATIS  
GLORIÆ  
TUÆ.

REVERENDISSIMIS, CELSISSIMIS,  
EXCELLENTISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS,  
MAGNIFICIS, GENEROSISSIMIS

OMNIUM  
ORDINUM & STATUUM,  
INCLYTÆ SAXONIÆ,

DOMINIS  
PRÆLATIS,  
PRINCIPIBUS,  
COMITIBUS,  
BARONIBUS,  
EQUITIBUS,

DOMINIS MEIS  
CLEMENTISSIMIS,

UT ET  
FLORENTISSIMARUM URBIVM,  
RERVM PUBLICARVM FULCRIS,  
ECCLESIAE COLUMINIBVS,  
LITERARVM STATORIBVS,  
LITERATORVM MÆCENATIBVS,  
PATRONIS EXVLTVM SUMMIS,

VIRIS  
*MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSI-  
MIS, CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSI-  
MISQUE, DOMINIS,*

DOMINIS  
CONSULIBVS,  
PRÆTORIBVS,  
SYNDICIS,  
SCABINIS,  
SENATORIBVS,  
NEGOTIATORIBVS,  
CIVIBVS, &c.

*DOMINIS PATRONIS MEIS  
LONGE CELEBERRIMIS,  
GRATIAM DEI & PERENNEM  
FELICITATEM!*



D. O. M. A.

CELSISSIMA SAXONICI  
ORBIS SIDERA, ILLUSTRIS-  
SIMA MISNICA LUMINA, CLARISSIMA  
VENERANDA NUMINA, AMPLISSIMA  
LIPSIENSIS URBIS COLUMINA, PRO-  
CERES OMNIUM ORDINUM HONO-  
RATISSIMI, PATRES PATRIÆ, ET  
MECENATES MUNIFI-  
CENTISSIMI.



Memor beneficiorum  
Vestrorum in  
me pauperem, pe-  
regrinum & extor-  
rem Exulem, supe-  
rioribus annis col-  
latorum, ne ingratus esse viderer, ea  
qua par est humili devotione, Ve-  
stris

stris Dignitatibus, t̄anquam  
Diis Tutelaribus, hocce levi-  
dense munusculum inscribere decre-  
vi. Cujus si vires offerentis confi-  
deretis, minimum; si animum metia-  
mini, devotissima & promptissima  
mente oblatum: si verò argumen-  
tum scriptionis attendatis, maximum:  
è Sacro Sanctæ Scripturæ literis de-  
promptum. Solem orientem olim  
si multi populi adorarunt, **VOS** nostri  
**Soles** eritis, eo cultu quem **DEUS**  
noster Magnus præcipit, adoran-  
di. Quid enim dulcius, quam ad-  
mirari illam in Frontibus **Ve-**  
**stris** munificentiam, in Su-  
perciliis clementiam, in  
Oculis gratiam, in genis  
amoris Benevolentiam. Quos  
Divinæ Majestatis **Radios**, submis-  
so

so potius venerari licet silentio, quam  
parcè & jejunè attingere. **Vobis**  
enim id omne debetur, quicquid ad  
promovendam **Nominis Vestri**  
**Gloriam** a quoquam peregrino-  
rum, & Exulum, proficisci potest un-  
quam: quandoquidem in **Vestra-**  
**rum Dignitatum Clemen-**  
**tia, Munificentia, Favore,**  
**Patrocinio, & Benevolen-**  
**tia**, spes omnis exterrorum Exulum,  
& Vita est reposita. Accipite, igitur,  
**Proceres & Patres Omni-**  
**um Ordinum Honoratissi-**  
**mi**, hunc meum laborem **Judai-**  
**cæ Politicæ**, rudi Minerva, Carmi-  
ne Heroico elaboratum, eò animò,  
quò pauperum & afflictorum subdi-  
torum **Vestrorum**, vota preces-  
que suscipere consuevistis, & quod

in scribendis meis viribus defuit, Clementissimo & Munificentissimo Vestro favore & Patrocinio, supplere non dedignemini. Accipite inquit, Vos Dii Tutelares, Sanctæ Terræ in Politia Judaica, Ortum & Occasus: Palæstinæ terræ occupationem, & eam in duodecim Tribus divisionem. Accipite Judicum Heroum & Ducum Israël, per quadringentos, & viginti octo annos regimen. Accipite Regnantium Regum Imperium conjunctum & divisum, usque ad deportationem Babylonicam, per quadringentos sexaginta quatuor annos. Accipite Templi Salomonis & Civitatis in toto Orbe

Orbe decantatissimæ primam per Nabuchodonozorem everisionem & Sedechiæ regis in Assyriam abductionem. Accipite per Cyrum regem Persarum, captivitatis Babylonicæ post septuaginta annos solutionem, & in Palæstinam subtribus Ducibus, Zorobabele, Esdra & Nehemia, diverso tempore cum magna inultitudine, regressum. Accipite Civitatis Hierosolymæ & Templi in monte Moria restorationem; Ducum, Dynastarum, Ethnarcharum, Pontificum, Regum Asmonæorum & Herodiadorum regimen. Accipite Salvatoris nostri Jesu Christi, sub Ascalonita Herode nativatem, Majorum adventum, Jesuli exulis fugam in Ægyptum, & infanticidium Bethlehemiticum. Accipite sub Archelao Herode, exilii Christi ex Ægypto solutionem, reditum in Palæstinam & in Urbe Nazareth habitationem, & incol-

colatum. Accipite sub Herode Antipa, rege Idumææ, Salvatoris nostri **Jesu Christi**, pro totius generis Humani peccatis, amarissimam passionem, ignominiosissimam mortem, & gloriosissimam resurrectionem. Accipite sub eodem Antipa rege, Apostolorum, ad prædicandum Verbum DEI, per totum terrarum Orbem missionem, & Salvatoris nostri **Jesu Christi** unici, in cælos ascensionem. Accipite denique Urbis Hierosolymæ alteram πρωτολεβηθάν per Titum Vespasianum factam, & integræ Politix Judaicæ abrogationem. De qua Civitate, Josephus Flavius, de Bello Judaico Lib. VIII. cap. XVIII. sic scribit. Ita quidem Hierosolyma capta est, secundo anno Principatus Vespasiani, Septembris Mensis octavo die. Quinquies autem prius capta, nunc iterum vastata est. Ægyptiorum quidem rex Asochæus, & post  
cum

eum Antiochus, deinde Pompejus, & post hos cum Herode Sofius, captam Urbem servavere. Antea verò rex Babyloniorum eâ potitus excidit: post annos ex quo ædificata est, mille trecentos sexaginta & Menses octo, & dies sex. Primus autem conditor ejus fuerat Chananæorum Dynasta, qui Patria lingua **Jesus** appellatus est Rex. Erat quippè talis: ideò Sacerdotium DEO primus exhibuit, & Fano primum ædificato, Hierosolymam civitatem vocavit, cum antea Solyma vocaretur. Chananæorum quidem populo Rex Judæorum David pulso, colendam suo populo tradidit & quadringentesimo sexagesimo quarto anno post, ac mensibus tribus, à Babyloniis everfa est. A rege autem Davide, qui primus Judæus in ea regnavit, usque ad id quod Titus fecit excidium, anni mille centum septuaginta novem. Ex quo primum  
autem

autem condita est, usque ad excidium, anni duo millia, centum septuaginta septem. Sed enim neque antiquitas, neque ingentes divitiæ, neque per totum Orbem diffusa fama, nec magna Religionis gloria, quicquam juvit, quo minus periret. Talis quidem finis Hierosolymorum fuit. Postquam verò quos occideret, quidve raperet non habebat exercitus, quod iratis animis omnia deerant (nec enim parcendo si esset quod ageret abstinuissent) jubet eos Cæsar totam funditus jam eruere Civitatem, ac Templum relictis quidem turribus, quæ præter alias eminebant, Phasaelo & Hippiao, & Mariamne, muri que tantò quantum Civitatem ab Occidente cingebat. Id quidem ut esset castrum illic custodiæ causa relinquendis: turres autem ut posteris indicarent, qualem civitatem quamque munitissimam Romanorum Virtus obruisset.

ruisset. Alium verò totum ambitum Civitatis ita complanavere diruentes, ut qui in eam accessissent, habitatum aliquando vix crederent. Hic quidem finis eorum dementiæ, qui novas res movere tentarunt Hierosolymis fuit, Clarissimæ Civitatis, & apud omnes homines prædicatissimæ. Hæc ille. Sed ad rem. Olim Patres Patriæ ac Proceres Omnium Ordinum Honoratissimi, aqua volæ, è fontibus saluberrimis, & limpidissimis hausta, prisco Monarchæ à Sineta oblata fuit gratissima, quem Darius vehementi sibi maceratus hausit, & vitam atque spiritum suum refecit ac restituit. Aquæ volæ etiam est hæc mea descriptio Politicæ Judicæ, è fontibus Sacris saluberrimis hausta: Recipite eam prisca Monarchæ exemplo, & quam Oculi Vestri, mihi compromittunt clementiam




am & humanitatem, in me  
quoque Exulem & Exortrem gratiose  
difundite. Ac proinde Vivite Pa-  
tres Patriæ & Dii Tutelares  
DEO nostro Maximo, sem-  
per dilecti, Cæsari semper Con-  
cordes, Regi Vestro & Ele-  
ctori Saxonæ, semper unani-  
mes, & sub umbone & Pa-  
trocinio DEI, indefinenter tuti &  
quieti requiescite. Magnus Deus  
noster Nominibus Vestris  
Celsissimis & Clarissimis:  
Vestris Consiliis Intimis:  
Vestris conatibus assiduis:  
Vestris actionibus publicis  
& privatis: Vestris dictis &  
factis omnibus: Vestris pa-  
latiis

latiis & Domibus: Vestris  
Propugnaculis & Turribus:  
Vestris Terris cultis & in-  
cultis: Vestris Fluviis &  
Aquis: Vestris Montibus  
& Vallibus: Vestris vineis  
& pratis: Vestris Negotia-  
tionibus & Fodinis: Cle-  
menter ex alto benedicat,  
in sui Nominis Divini glo-  
riam, Cæsareæ Regiæque  
Majestatis Perennaturam  
Adorem, Posteritatis Ve-  
stræ perennem famam;  
subditorum & subjecto-  
rum Vestrorum temporale  
atque sempiternum com-  
modum. Ita vovet & exorat de-  
votissime. Ve-

Vestrarum Reverendissimarum, Celsissimarum, Excellentissimarum, Illustrissimarum, Generosissimarum, Nobilissimarum, Clarissimarum, Consultissimarum, Amplissimarum Prudentissimarumque Dignitatum.

*humillimus & indefessus  
cultor,*

Christophorus Parschitius,  
Exul Christi Hungarus.



# HEROICORUM SACRORUM

LIBER I.

DUCUM, JUDICUM, ET HEROICORUM, E SACRIS SCRIPTURIS DE PROMOTORUM, A MOSE USQUE AD SAULEM, PRIMUM REGEM JUDÆORUM, DELINEATIONEM EXHIBENS.

1.

Primus erat *Moses* cœlesti lumine plenus,

2.

*Josua* post sequitur spoliis insignis opimis,

3.

4.

5.

6.

7.

*Orbniel, Ehud, Samgar, vel Debora, Barac,*

8.

9.

Tum *Gideon, Abimelechus* rapit aurea sceptrâ,

10.

11.

12.

13.

*Thola, Jair, Jephtha, Ebsan* multa prole beatus,

14.

15.

16.

Pacificusque *Æglon, Abdon, Samson* que sequuntur,

17.

18.

*Myta Helius* clarus, judex *Samuel* que propheta.

A

Eno-

Enodatio  
I. MOSES.

**A** *Mrami gnatus, cœlesti Numine plenus, (a)*  
 Expositus Nili quondam stagnantis in ulvô,  
*Filia quem regis periturum traxit ab undis,*  
*Nutricemque vocans puerum suscepit in Aulam,*  
*Filiolumque velut mater tractavit amica,*  
 Inscia *Ductorem* populi se pascere *Mosén*:  
 Et teneram studiis belli formare juventam  
*Fussit & ingenuas didicisse fideliter artes:*  
 Hostibus ut foedis posset se sistere promptum,  
 Temporibus pacis nosset dignoscere verum.

Mox (b) inter partes rixantes jurgia, lites,  
 Atrox certamen, profuso sanguine solvit.  
 Inde fuga trepidus sylvas, saltusque pererrat,  
*Altitonans Visus cui sub ruscò ignibus usto,*  
 Instituens factis coram *Pharaone* loquentem  
 Præditus (c) eloquio comes illi est additus *Aron*.  
 Ut populum moestum scelerato carcere solvat.

*Iussa (d) Dei spernens Rex durius urget Hebræos*  
 Prodigiosa nimis cui *Moses* facta revelat,

I.

Nam baculus serpens, (e) Cruor unda vidente tyranno,

2.      3.      4.

*Ranarum, culicum, muscarum funditur agmen,*

Graf-

(a) Exod. 2, v. 1. 2. seq. (b) Exod. 2, 15. 17. seq. (c) Exod.  
 4, 14. 15. 16. Decem plag. Ægypti. (d) Exod. 7, 19. 20.  
 (e) Exod. 8, 3.

5.                      6.                      7.

*Grassatur (a) pestis, sævit post Ulcera, grando,*  
 style="text-align: center;">8.                      9.

*Arva locusta (b) vorant, nox est oblita dierum,*  
 style="text-align: center;">10.

*Maxima (c) quæque Deus natu moritura minatur.*

His *Pharao* pressus, gentem (d) de carcere solvit,  
*Pascha fit, egrediens populus rapit aurea vasa (e)*  
 Jugera, per montes, per devia compita campi,  
 Per varios casus per tot discrimina rerum,  
*Aligero coeli (f) comitante & nubè regente,*  
 Duxit *Erythrai* sabulosi ad flumina portus.

*Hic refugæ steterunt velut altis montibus undæ,*  
*Et tutus medias pertransit curribus equor,*  
*Insequitur Pharao, perit undis mersus in imis. (g)*

Tunc resonare Deo meritas præconia laudes,  
 Canticalata novis plenis cantare triumphis, (h)  
 Certatim incipiunt: celebrant nova gaudia terris,  
 Tympana rauca sonant, complent clangoribus auras,  
 Nomen ad astra Dei festivo tollere plausu:  
 Et pro mirifico persolvunt munere grates.

Post *Ductor* populum deduxit ad avia montis  
*Sur*, deserta petens, sylvas, saltusque pererrat,  
 Tres adeo incertos cæca caligine soles, (h)  
 Nullas terra ministrat aquas, sitis ora cremabat,  
 Hinc populus fessus strepit, æthera murmure pulsât,  
 Nec potuit *Mare* fontes haurirer amarus,

A 2

Necta-

(a) Exod. 9, 19. 20. (b) Exod. 10, 17. (c) Exod. 10, 5. seq.  
 (d) Exod. 11, 1. 2. (e) Exod. 12, 2. seq. (f) Exod. 14, 19. 21. 22.  
 (g) Exod. 14, 23. 24. (h) Exod. 15. Desertum Sur

Nectaros donec per *Mosen* reddidit omnes,  
Injecto trunco: *Cui paret pontus & ather.*

Sed dum dira fames, implacataeque vigebat,  
Flamma gulæ tristis, pulsavit corpora fessa, (a)  
*Manna dedit Dominus*, panem dulcedine plenum,  
Aligero cœli demissum solis ad ortum,  
Atque *coturnices* de vespere depluit illis,  
Omnes ut capiant, quantum fors æqua reposcit,  
Hic cibus, hæcque dapes populis, epulæque fuere,  
Annos per quadraginta deserta petentes,  
Et quadragenos chlamys integra servit in annos, (b)  
Calceus nec ruptus, nec vestis passa ruinam.

*Petra fluit latices*, liquidos dans ordine fontes, (c)  
Sistitur alta fitis, pelluntur pectoris ignes,  
In *Mosen sanctum sublatus ad athera clamor*, (d)  
Atque *Palæstinæ* via diffuso inde negatur.

*Jetro* (e) monet *Mosen* generum, sua munia multis  
Tradere consilio solerti, mente sagaci:  
Sanctus adest populus, *princeps petit alta Sinai* (f)  
*Culmina petrarum, fumat mons, Jova resulget*,  
Alloquitur servum, resonantque tonitrua cœlo:  
Atque *decem gnomas* alto de monte profatur,  
Ipse quater deciesque dies, cunctatus in altis.

1. *Non aliena tuis Venerabere Numina votis:* (g)
2. *Sume Deique Tui vanos nec Nomen in usus:*
3. *Septima Sacra coles*, opera feriatu ab omni:

## 4 Sem-

a) Exod. 16, 12. b) Deut. 29. c) Num. 20, 11. 12. (d)  
Exod. 15, 21. 22. (e) Exod. 18, 12. (f) Deut. 1, 9. Sinai  
mons (g) Decalogus.

4. *Semper honore tuo merito venerare Parentes;*
  5. *Non hominem quemquam crudeli morte necato:*
  6. *Alterius caveas lecti temerare jugalem:*
  7. *Non furtum facies*, digitos cohibebis ab omni:
  8. *Testis es activus, nihil attestabere falso:*
  9. *Nullius affectes spatiosum testæ* per orbem:
  10. *Alterius nuptam, servum, famulos & asellos.*
- Si cupis æternam & sanctam post vivere vitam.

Interea *populus vitulum conflaverat auri*, (a)  
Vota precesque sacrat, *Divini Numinis instar* (b)  
Hunc colit & meritos (c) cunctis indicit honores.

Sed *Moses* Veniens ex alto culmine montis,  
Subruit iratus vitulum, *Mandata Tonantis* (d)  
Confregit, monstrat truculentis mentibus iram:  
Cædes ob fractum vitulum fit multa: rebelles  
Triginta capitum tria millia funere tristi  
In Castris perdunt *Levitæ* falce feroci:  
Et precibus *Moses* vix sedat Numinis iram.

Invidus & contra patruales seditiosus,  
Tum *Chore* confurgit, *Ductorem* tollere tentat, (e)  
*Sacricolam* quoque Supremum, *Divina* loquentes:  
Iungit se fociis turpis malefidus amicus,  
*Dathan & Abiron, Heiabi* sanguine cretis.  
Bis centum & quinquaginta tribulesque magistri,  
Spectabiles *Synagoga* turgida corda gerentes,  
Adfuerant præsto libamina sacra daturi.

Hinc *Moses* flagrans Numen cœleste fatigat

A 3

Suppli-

(a) Exod. 32, 20. (b) Num. 21, 8. 9. (c) Deut 27, 15.  
(d) Exod. 31, 1. seq. (e) Num. 16, 1. 2. seq.

Supplicibus votis, ne spectet thura superba, (a)  
 Inflatos hostes disperdat turbine miro :  
 Et populo mandat fugiat tentoria falsa  
 Conjuratorum subito, longèque recedat,  
 Ut videant cuncti quid poscit Numinis ira.

*Scinditur ecce solum*, currus tentoria panfa,  
 Conspiratores tumidos pinguedine ventris (b)  
 Uxores charas, gnatos, natasque venustas,  
 Infantes pueros, servos, juvenesque fenesque,  
 Fortunas & opes omnes, absorpserat ore :  
*Exitus iste fuit scelerata seditionis.*

Dum *Maria* obloquitur *Mosi* leprosa fit, atque (c)  
 Exulat, octavoque die sanatur ab illa,  
*Grande nefas* certè est populi *obtreffare Magistro.*

Artifices Sacris condendis colligit aptos,  
*Besaleel* socios fidos & in arte peritos, (d)  
*Dona tabernaculum*, magnos sumptusque paravit,  
 Firmavit pacem, construxit *federis Arcam*,  
 Adjunxit sacris *labrum*, *vestesque* micantes,  
*Mensam* de *Setim* lignis, & *candelabrum*  
*Ductile*, *crateres* latos, septemque *lucernas*,  
*Thuribula* & *pateras*, *cyatos*, & cetera vasa:  
 Excultumque *Cherub* tandem superindidit arca:  
 Stante tabernaculo *nubem DEUS* addit & *ignes*. (e)

Purpureas vestes gemmis, auroque micantes,  
*Pontifici summo* confecit sacra paranti, (f)  
 Ut responsa daret populo *Divina* petenti :

Bis

(a Exod. 36. (b Num. 16. (c Num. 12. (d Exod.  
 35, 37. (e Exod. 40. (f Exod. 39, 1.

Bis fenas in veste Tribus circumtulit *Aaron*:  
 Floruit hinc *Aronis*, profert germina virga, (a)  
 Sunt steriles reliquæ. Quid ita? *Est opus Altitonantis.*

*Levitis* roseas tunicas construxerat aptas. (b)  
*Sacratas leges prescripsit Sacrificandi*:  
*Sabbata* sancta colant mandavit & illis, (c)  
*Annua* conservent semper solennia *festia*, (d)  
*Septenos annos* celebrarent ordine dextro,  
 Et *quinguenos* veluti *Deus* ipse reposcit.

*Thura* litare focus, *animalia* munda cremare, (e)  
 Ac *volucres* iussit mundas ardere per ignes,  
 Pinguia succensis imponere viscere flammis, (f)  
 Et *resonare Deo* meritas *preconia laudes*, (g)  
 Carmina grata novis plenis cantare triumphis,  
 Ut legerent *decimas* agris caruere *Levita*. (h)

Inspiciant *lepras* hominum mundentur ut ipsi, (i)  
*Connubii* casti varios cognoscere casus, (k)  
 Atque *puerperii* natos dignoscere partus, (l)  
*Vota* sacrata Deo justè *servare* jubentur, (m)  
*Divinatores* (n' *Deus* execratur & odit,  
 Ut fugiant *Molochi* simulacra profana, (o)  
 Dum Sacra tractarent *Vino caruere Levita*. (p)

*Exploratores* bis fenos colligit aptos,  
 Ex *Tribubus*, mittens ad sanctæ viscera terræ:  
 Inspiciant mores hominum, legesque sacratas, (q)

A 4

Quæ

(a Num. 15. & 17. (b Exod. 36. (c Lev. 13. (d)  
 Lev. 25. (e Lev. 11. [f Lev. 11. [g Lev. 8. [h Num. 18.  
 [i Lev. 14. [k Lev. 18. [l Lev. 12. [m Lev. 27. [n  
 Deut. 13. [o Lev. 20. [p Lev. 10. [q Num. 12.

Quæ populi lingvæ? Vestes? quid terra? quid Orbis?  
 Quid telluris opes? quid Regna? quid arva? quid urbes?  
 Quid montes? quid dulce solum? quid castra? quid arces?  
 Quid freta? quid pelagus? quid Vesta? quid unda? quid  
 ignis?

Fervet opus dextrè, percurrunt *Climata* terræ, (a)  
 Perlufrant mores hominum, legesque severas,  
 Et populi linguas, vestes, nemorosaque rura,  
 Et telluris opes, urbes, & *Regna* profana,  
 Et montes & dulce solum, tentoria panfa,  
 Et freta cum pelago, flammæ, lymphasque sonoras.

Post quadraginta soles, noctesque soporas,  
 Omnibus his visis, redeunt ad publica castra :  
 Dona ferunt botros pendentes atque racemos, [b  
 Nectareos ficus, regales arbore fructus.

Melle fluere solum, terras & lacte recenti,  
 Moribus incultos homines, ad prælia natos,  
 Corpore robustos, immania monstra, gigantes.

Murmura dat populus, confurgit *Numinis ira*, (c)  
 In *Mosen* sanctum sublatu ad æthera clamor,  
 Atque *Palaestina* diffisis terra negatur  
 Omnibus. Exceptis *Chaleb* & *Josua* servis,  
 Et pueris natis viginti circiter annis.

Hic quoque *Amorheum* pepulit tellure *Sehonem*,  
*Arad* *Cananeum* fatalia bella gerentem, (d)  
 Subvertit celebres urbes, & moenia firma:  
*Og*, *Basan* reges contundit fortibus armis,  
 Atque suos inter terram partitur & arva.

Tunc

(a Num. 12. (b Num. 12. (c Num. 13. (d Num. 21.

Tunc populus deserta subintrans nauseat ultro  
*Manna* datum coelis panem dulcedine plenum, (a)  
 Atque *coturnices* fastidit, murmure surgit  
 In *Mosen* servum, cibos exposcit opimos.

Hinc *Deus* iratus dumetos excitat angues,  
 Ut populum durum mortali vulnere perdant :  
 Undique castra petunt, lethalibus ictibus urunt :  
 Luctus adest subito, *Cælum clamoribus implet.*

*Aeneus* hic serpens ligno suspenditur alto,  
 Ictibus ut læsi lethalibus alta colubri  
 Respiciant cuncti, tandem sanentur & ipsi.

Auri sacra fames *Bileamum*, cæca cupido  
 Seduxit regis *Balac*; mala multa precari (b  
*Isacidum* populo sancto, Moabitidis oris:  
 Sed DEUS omnipotens animum mutavit avari,  
 Aligero cœli gladio prohibente per arva,  
 Et mulâ subito declinante atque loquente:  
 Quapropter populo benedixit, thura litavit,  
 Donec inexpletus *Vates* periisset ab ense.

Dum deserta *Setim* gentis *Moabitidis* intrat,  
 Miscetur populus sanctus muliebribus hostis, (c  
 Sacra profana colit *Phegor*, prostratus adorat,  
 Amplificat delicta *Patrum*, cultumque *Baalis*.

Hinc *Deus* omnipotens subvertit cuncta furore,  
 Ductores turpes *Moses* suspendere iussit,  
 Fornicatores de mundo tollere mandat,  
 Millia viginti quatuor, ferventibus ausis:

Vicit

(a Num. 11. (b Num. 22. & 23. & 24. (c Num.  
 25. Desertum Setim ;

Vicit amor sanctus *Phineam*, Numenque per iras (a)  
Placat: dum moechos ambos transfixerat ense.

*Legifer* hic sanctus docuit quoque bella sacrata, (b)  
Ordinare *Tribus*, validas disponere turmas,  
Bella movere, *Duces* optatos indere castris,  
Fraxineas hastas gestare, & Martia tela,  
Atque tubas inflare novas clangoribus altis, (c)  
Expugnare urbes celebres & Regna profana.

Ut movet *Arca*, movent sic *castra* fidelia terris,  
*Est pietas, est rara viris qui castra sequuntur*,  
Nam *DEus* impuros castris eliminat omnes: (d)  
*Nunc pietas est rara viris, qui castra sequuntur.*

Cum prohibente *Deo Cananeus* praelia miscet, (e)  
*Isacida* capiunt in castris plurima damna:  
Nempe sacris furor est monitis avertere mentes,  
Et pugnare *Noto*, pelago committere vela.

Cum prius *Aronis* sacrum cremat igneus imber, (f)  
Et docuit mentes gratum fore *Cunctipotenti*:  
Hinc *Deus Eleazar* gnato contulerat *Aram*, (g)  
Atque *Aron* unguento caput & tempora tinxit.

His ita transactis aderat jam funeris hora, (h)  
Quare deserti conscendens ardua montis  
*Hor loca*, suspirans *Domino sua lumina claudit*:  
In castris oritur luctus, pavor omnia complet,  
Deflent magnanimum multa pietate coruscum,  
Ter deciesque dies gemitus tentoria fundunt.

*Josua*

(a Num. 25. (b Num. 20. [c Num. 20. [d Num. 21].  
[e] Num. 21. [f Lev. 9. [g Num. 20. [h] Num.  
20. Mons Hor.

*Josua* per *Mosen* populo præponitur omni, (a)  
*Magnanimus Princeps*, *Judex*, *Ductorque* fidelis,  
Consilio clarus, rara virtute probatus, (b)  
Innumeras gentes valido certamine vincens.

Langvidus & medio postus discrimine mortis, (c)  
Dum se fasce levat *Moses*, affatur amicos  
*Ductores*; *Mystras*, *Chiliarchas* atque *ministros*,  
Ut populum sanctum defendant fortibus armis,  
Propugnent ferro verbi monumenta sacrata,  
Concordes maneat, crescat concordia gentis,  
Nexu perpetuo quos Cœli gratia junxit,  
Pessudent hostes, propulsent atque malignos,  
Et capiant terram sanctam, contermina regna,  
*Si cupiunt Dominum Zebaoth vidisse benignum.*

Ac tandem *Moses* caelesti *Numine* plenus, (d)  
Sincera pietate valens, præclarus & armis,  
*Miraculis plenus*, conscendit culmina montis,  
In regione *Moab Nebonis* nomine dicti:  
Huic *Deus* ostendit sacratæ florida terræ, (e)  
Nec potuit juxtâ prædictum rure potiri.

In *Domino* moritur, *Dominus* sepelivit & ipsum, (f)  
Nemo fuit *testis morientis*, nemo *sepulchri*,  
Ille *Deus* solus novit, qui *vita perennis*:  
Centum viginti postquam vixisset in annos.

Plura videre licet cunctis in *Codice Sacro*,  
*Quæ Deus ipse Poli* quondam conscripserat actis,  
Per *Mosen* scriptis, *libris tunc quinque relictis.*

II. JOSUA.

(a Num. 27. (b Deut. 31. (c Deut. 32. & 33. (d  
Deut. 34. Nebo mons. (e Num. 27. (f Deut. 34.

## II. JOSUA.

Justus adornat iter promissæ *Josua* terræ, (a)  
 Cum socio *Chaleb*, explorans viscera Sanctæ,  
*Marte ferox* & semper vinci conscius armis,  
 Innumeras gentes forti certamine vincens,  
 Millibus ingrediens sexcentis compita lata.

Mox *Palestinam* subjecit, postque *Canitas*, (b)  
*Extirpans gentem* pridem scelerata patrantem,  
 Et vicinorum Regum contermina regna  
*Triginta*, totidem *Reges*, victricibus armis.

*Prodigiò mirò* quem Rex supremus adornat, (c)  
*Instabilem Phœbi* dum *sistit in æthere currum*,  
*Proque die geminum* mortalibus efficit unum,  
 Ut contra posset *Moabitidos* atque *tyrannos*,  
 Fraxineas hastas, gladiosque rotare minaces,  
 Ictibus & crebris rapidas lassare phalanges,  
 Atque truces turmas ferratâ sternere clava.

Istis temporibus *Jordanis* funditus uestus, (d)  
 Dum premitur factis nimium *pia Numina* flecht:  
*Ute pedibus siccis posset transire per undas.*

*Dilectus* demum *populus* cum *fœderis* Arca:  
*Saxa* (rei testes olim) *duodena* leguntur,  
 In *Gilgal* pariter medio *Jordanis* acervo. (e)

Exploratores *Hierichuntia* moenia lustrant, (f)  
 Quos meretrix *Rahab* magno in discrimine pôstos,  
 Corpora dum placidum carpebant fessa soporem,

Per

(a) Jos. 1, 2, Jos. 2, 3. cap. 2. 11. (b) Jos. 5, 2, 3. (c)  
 Jos. 10, 13, 26. (d) Jos. 3, 1. 2. 3. (e) Jos. 4, 9. (f)  
 Jos. 2.

Per laxam muri demittit fune fenestram,  
 Et cives urbis fallit stratagemate miro.

It pavor in gentes: præcisio, paschaque fiunt:  
*Manna* datum *Dominus* tollit cœleste per oras, (a)  
 Atque *coturnices* de vespere denegat illis,  
 Frugibus aluntur *Cananææ* ex ubere terræ.

Circumcincta tubâ *Hiericho* collapsa sonorâ, (b)  
 Ac veluti densas prostermit messor aristas,  
 Sole sub ardenti flaventia decutit arva:  
*Josua* sic cives omnes populumque senatum,  
 Patres & matres, natos juvenesque senesque,  
 Falce peracuta de mundo tollere jussit:  
 Servavit *Rahab* cum posteritate nefanda.

Omnia dant flammis, & tristibus ignibus urunt,  
 Diripiunt opes, auri fulvique metalla, (c)  
 Argenti nitidi capiunt pretiosa talenta,  
 Ænea vasa simul, ferro radiantia tela,  
 Præda retenta nocet, poenas luit autor *Achanus*. (d)  
 Ense perit civis, laqueo rex, urbs *Hais* igne: (e)  
 Bis sex mille virum cæduntur *Marte feroci*,  
 Innumeros pecudumque greges partitur in arvis:  
 Fraus *Gabaonitis* pacem lucratur *Hebræam*. (f)

Sorte *Palestinam* sanctam dispescuit æqua,  
 Atque ratam terram cunctis partitur in arvis,  
 Prima *Tribus* nacta est partem sub montibus *Hermon* (g)  
*Ultra Jordanem Gadis* sex regna profana:  
 Altera nacta *Tribus Rubenis*, florida terræ (h)

In

(a) Jos. 5. (b) Jos. 6. (c) Jos. 6. (d) Jos. 7. (e) Jos. 8.  
 (f) Jos. 9. (g) Jos. 8, 13. (h) Jos. 13, 11.



In regione *Moab* versus *Gad* hostibus actis:  
 Quinque ter & centum *Jude Tribus* occupat urbes (a)  
 Sors *Ephraimæos* patet acceptura colonos: (b)  
 Terra *Manassigenis* data crescit fortibus armis: (c)  
 Oppida viginti sex sors *Benamina* capeffit, (d)  
 Urbes tresque decem *Simeonis* vera *propago*, (e)  
 Natio bis sex aut *Sabulonis* forte recepit. (f)  
*Jaschar* & populo bis octo dantur in usus, (g)  
 Vigintique duas *Tribus Asser* fuscipit arces, (h)  
 Nephtalique novemque decem capit atque gubernat. (i)  
 Ultima *Dan* octoque decem *Tribus* arripit urbes: (k)  
 Quadraginta octo sedes dicat urna *Levitis*: (l)  
 Sanguinis errato profugis loca tuta parantur, (m)  
 Pars *Tribuum* repetens *Jordanem* fuscitat *Aram*, (n)  
 Ut *Rubenitarum*, *Gaditarum*, sitque *Manasse*  
*Dimidia Tribus* in signum, attestatio firma.

Commendat populo grandævus *Josua legem*, (o)  
 Et bonitate *Dei* memorata transit ad ipsum: (p)  
 Dum rexit populum centumque decemque per annos. (q)

### III. OTHNIEL.

*Othniel* sequitur gnatus *Cenez*, populi *Dux*, (r)  
*Magnanimus*que ferox, *Axam* sibi *foedere* junxit  
 Perpetuo *Chaleb gnatam*: mox fortibus armis

Expugnat

(a) Jos. 15, 25. (b) Jos. 16, 1. 2. (c) Jos. 17, 1. 2. (d)  
 Jos. 18, 11. (e) Jos. 19, 1. 2. 10. (f) Jos. 19, 10. (g) Jos. 19,  
 17. (h) Jos. 19, 24. (i) Jos. 19, 31. (k) Jos. 19, 31. (l) Jos. 20,  
 12. (m) Jos. 20. (n) Jos. 22. (o) Jos. 23. (p) Jos. 24. (q) Jos. 24.  
 (r) Jud. 3, 10. 11. seq.

Expugnat *Charath*, *Sepher Urbem*, postque *Chusanem*,  
*Rasataim* vincit regem, *Syris*que rebelli  
 Imposuit censum regnans bis quinque per annos.

### IV. EHUD

Hunc Ductor præclarus *EHUD Gere* ampla *propago*  
 Consilio promptusque manu comitatur in arvis: (a)  
 Ilte *Moab regi* tumido pingvedine ventris  
*Viscera* trajecit capulo tenus ense relicto:  
*Ærumnas* patriis agris exterminat armis,  
 Hostiles acies ad millia dena peremit

Cum *Gabaonitis* ob læsi signa pudoris  
*Uxoris Levite* acerrima prælia miscet,  
*Benjamin sortem* subvertit turbine miro:  
 Sic rexit populum charum octoginta per annos

### V. SAMGAR.

Postea *Dux Samgar* surgit virtute stupendâ,  
 Qui pastor baculum gladii convertit in usus, (b)  
 Magnus ut *Alciades* ferventia prælia ducens, (c)  
 Eque *Philistinis* sexcentos trufit in orcum  
 Contundens capita & cerebrum disperfit in agros,  
 Hostibus à domitis pacis sacra foedera pangit.

Undè videre licet *divina potentia quanta*  
 Opilionis erat, qui *flatu Numinis Almi*  
 Impulsus, subito tot fortia facta peregit.

### VI. DEBORA.

*Femina* confurgit *Debora* animosa prophetis (d)

VII.

[a] Jud. 3, 16. 17. [b] Jud. 3, 3. [c] Jud. 5, 6. [d] Jud. 4, 4. 6.

## VII. BAROC.

Quæ Duce Baroco, valido certamine Martis  
 Compefcit fastum Cananai regis, & armis [a  
 Exiit, insigni dum sternit clade cohortes, [b  
 Et Siseram Ductorem vertere terga cœgit:  
 Quem mulier profugum castris suscepit Iahel,  
 Jamque soporiferum dulci pingvedine lactis, [c  
 Transadigit cuneo vastum caput atque triumphat,  
 Plena gerens fidei generoso pectore vota.

Hic quoque visa fuit multis Divina potestas,  
 Sidera dum radios Solis per castra profana  
 Sparserunt, oculos hostiles lumine privant.

## VIII. GEDEON.

Hunc Gedeon sequitur, Joa mavortia proles, (d  
 Cui tulit Herois titulos, Nomenque sacratum [e  
 Aliger è Cælis, Divino nunctus ore,  
 Semina dum culmis extruderet ipse resectis.

Relligione Deo charus ludibria tranci  
 Quæ manus artificum & perversa inductio mentis,  
 Instar habere Dei voluit, destruxit & aras [f  
 Infausti Beli, præclarum nomen adeptus:  
 Rusticus ante fuit, nunc Ductor maximus audit.

Urgetur signis Divinis cælitus heros,  
 In Midianitas ut surgat, vindicet iras,  
 Quique tubæ strepitu, crepitu fluviatilis urnæ

Nocturnæ

[a Jud. 4, 11. 12. 13. 14. (b cap. 5, 10. 11. seq. [c Jud. 4,  
 21. [d Jud. 6. 11. [e 1. Sam. 11, 12. [f Jud. 6, 25. 26. [g  
 Jud. 7, 9. seq.

Nocturnæ & fulgore facis, parvæque cohortis,  
 Intento clamore stratos Midiane fugabat,  
 Sic externatos, propriis ut mutua telis,  
 Tristia fata sibi inferrent: Reges quoque capit,  
 Quæis Gedeon casis, clarus dominatur ubique [a  
 Triginta & centum prostratis millia terris.

Hostili prædâ Idololum conflagrat igne,  
 Cui populum sacrare jubet sua pignora chara, [b  
 Se quoque consecrant, adscivit tristia fata:  
 Dum deciesque quater felix regnaret in anno.

## IX. ABIMELECHUS.

Trux Abimelechus Gedeonis vera propago, [c  
 Seditione dolis sequiturque libidine plenus,  
 Dedecus & gentis, generis populoque iniquus,  
 Nam decies septemque dolis & fraude maligna,  
 Edibis in propriis fratres circumvenit omnes,  
 Et captos subito velut ad præsepia tauros,  
 Ad lapidem deduxit, & uno tempore mactat.

Mox servile jugum patriæ superaddit iniquus [d  
 Sceptraque vi rapuit, sibi que desponderat uni,  
 Atque dolis cives Sichemi sustulit omnes,  
 Ignibus infestis urbem complexit amanam,  
 Et sale consperfit, subvertens mœnia cuncta.  
 Sed cum turrigeram circumdat milite Theben  
 Oppugnans, alto mulier de culmine saxo, [e  
 Cervicem fregit, servus caput amputat ense,

B

Ne

[a Jud. 8, 19. [b Jud. 8, 27. seq. [c Jud. 9, 1. seq. [d Jud. 9,  
 46. [e Jud. 9, 51. seq.

Ne dextra mulieris eum cecidisse putarent,  
Exitus iste fuit scelerati corporis atri.

## X. THOLAS.

Confurgens *Tholas* clarus jus dixit *Hebrais*, (a  
Patris amor *Phule*, *Abimelechi* patruus audit,  
Quo *Duce* perpetuo regnat pax aurea terris, (b  
Arma sonant nusquam, neque cæde *madescit* *Enyo*,  
Hic populum direxit viginti tribus annis.

## XI. JAIR.

Deinde *Jair* civis *Giliadicus* imperat illis, (c  
*Abramidum* tenuit iudex qui fortis habenas,  
Multa illi soboles & opum vis oppida multa,  
In patriæ tractu *Giliatidos* adfuit oris.

Ob vituli cultum statuas lucosque scelestos, (d  
*Innumeras* Deus gentes immittit Tribus arctat,  
Atque *Ammoniæ* per sex ter subjicit annos.

## XII. JEPHTHA.

*Dux Jephthas* spurcius, generosus pectore forti, (e  
Ob matrem meretricem, patris sede repulsus, (f  
Qui rapuit socios habiles ad proelia secum,  
*Fervidus irrumpens* virides *Ammonis* in agros,  
Viginti stravit, concussit mœnibus urbes,  
Gentibus a cæsis retulit cum laude triumphos.

*Urens* unigenam natam, votumque *Tonanti*  
Conceptum brutum solvit, si vinceret hostem (g

Cum

[a] Jud. 10, 1. 2. [b] 1. Par. 7, 2. [c] Jud. 10, 3. seq. [d] Jud. 10, 7.  
[e] Jud. 11, 1. 2, seq. [f] 1. Par. 12. [g] Jud. 11, 39.

Cum tamen *in bratis votis sine Numine Divo*  
*Susceptis*, scindenda fides, pia vota reposcunt:  
*Nec mala compromissa* viris servanda per Orbem.

Sed cum nulla potestas, & victoria nulla,  
*Est sine livore invidia*: Sic *Jephthea* virtus, (a  
Invenit socios sævos, dum bella moverent,  
Civica, gentis *Ephraimica* *Jordanis* ad oras,  
Quadraginta duo prostavit millia terris,  
Atque hostes docuit *Schiboleth*, proferre per ora,  
Sex annis populo jus dicens tramite recto.

## XIII. EBSAN.

Sancta *Berblem* caput est Orbis, quæ protulit almum  
*Ebsan*, ter decies natis auctum totidemque (b  
Natabus, sanctæ qui pacis fœdera firmat,  
Atque annos septem *Judæ* dominatur in arvis.

## XIV. ÆGLON.

*Æglonis* virtute Ducis requievit in armis, (c  
*Arum* opibus numeroque hominum feliciter auctura:  
Præfuit hic terræ Sanctæ bis quinque per annos.

## XV. ABDON.

*Abdon* de *Sabulon*, numerosa prole redundans, (d  
Nam soboles quadraginta suscepit amœnas,  
Et totidem generos propria nutrit in Aula:  
Trigintaque nepotes pigris vexit asellis,  
*Sceptra Dei* gerens octonos fortiter annos.

B 2

XVI. SAM-

(a) Jud. 12, v. 1, seq. (b) Jud. 12, 8, seq. (c) Jud. 12, 11, 12. (d)  
Jud. 12, 13, 14, 15.

## XVI. SAMSON.

*Monoadis germen, non victo pectore Samson,* (a)  
 Istos insequitur, generosæ robore mentis,  
*Intonsusque comas, fluvialis potor & unda:*  
 Quem non prævalidi poterant superare *Leones,* (b)  
*Exuvias quorum tergo monstravit & ora,*  
 Imbreque sanguineo madidus conspectus ab hoste (c)  
 Unde *Philistinis docta argumenta* rogatis  
*Froposuit,* cæcis verborum ambagibus usus.

Mox rapiens *asini malam,* quæ forte jacebat (d)  
*Mille Virum armatorum fudit corpora terris,*  
 Et tandem sitiens precibus bibit ore liquorem.

Post *Gaza portas* conclusas cardine solvit, (e)  
*Montis & in summum portavit corpore forti,*  
*Rupta thymnatide,* ira percitus atque furore,  
*Vulpe Philistinis segetes exussit* in agris: (f)  
 Nec laqueis capitur, nec sævis vincitur armis.

Dum sese *torum Delila* perfudit amore (g)  
*Sponte sua perit* vires monstrante *Philistis,*  
 Nam captum insidiis muliebribus arte nefanda,  
 Visu privarut, detrusum ad carceris antra.

Inque theatro post sociis turbaque maligna, (h)  
 Dum *risere Duces* stantem sine lumine visus,  
 Percitus irarum, manibus fundamina captat  
*Aula inimicorum,* quâ plurima turba resedit, (i)

In-

(a Jud. 13, 14, 15. (b Jud. 14, 5, 6. (c Jud. 14, 5, seq. (d  
 Jud. 15, 15. (e Jud. 16, 16. (f Jud. 14, 4, seq. (g Jud. 16, 19.  
 (h Jud. 16, 27. (i Jud. 16, 29.

*Infima summa facit,* simul & perit, ipse ruina  
 Omnibus oppressis. Sic fraus, deluditur arte.

## XVII. HELI.

Insequitur populi *Ductores Helius* ultro, (a)  
*Legiferoque foro* simul ac *præpostus in Aris,*  
*Vir bonus,* ait natis nimium malefacta patrata  
 Dum simulat; mœstæ percepit nuncia fortis, (b)  
*Perdita* quod *soboles, gens victa, abrepta* sit *Arca,*  
*Sensus abit, nigrant oculi, recubatque supinus,*  
*E folio,* tumidum collum confregit in Aula.

*Exitus iste fuit patris,* qui crimina tetra  
*Ignovit natis,* verbis, neque carcere duro,  
*Cervicem tumidam compescuit,* atque repressit:  
 Discite vos Patres vestros compescere natos.

*Luxuriosa gulæ ingluvies, ventrisque vorago,*  
*Non redolent sanctum, Satana sunt pignora chara,*  
*Heli Pontificis disces de stirpe profana,*  
*Quæ genium curans proprio se jugulat ausu.*  
 Nam *Deus iratus* punit peccata parentum,  
*Asperitate soli,* dum sæva & tristis egestas,  
 Concussit populum, *Mars sævus arsit in armis.*  
 Sustulit & natos peracuta falce *Philistim.*

## XVIII. SAMUEL.

*Helciadis soboles Samuel, judexque Propheta,* (c)  
*Anna matre satus sterili, defertur ad Aras*

B 3

Pon-

(a I. Sam. I, 2, 3, seq. (b I. Sam. 4, II, seq. (c I. Sam. I, 20, 21.

*Pontificis supremi Heli: post moribus almis (a  
Et vera pietati addixit tempora vita.*

*Abstinuit Venere & Baccho, coluitque Jehovaham,  
Unde Deo charus, populoque accommodus audit,  
Intonsamque comam nutrit: Siloque venusto  
Gymnasis patriam, Mystis que fidelibus Aram (b  
Instituit, Sancta legis praecepta revelans.*

*Victrices lauros portat de gente Philistin (c  
Fœderis inde arcam rapuit, clara oppida tollit,  
Amalecitas expugnat, fugat, atque repellit,  
Indubiae pacis constanter via firmat.*

*Hic postquam studiis esset confectus & ævo,  
Annos bis denos, jam fessus jura sacrata  
Dixisset Patria, certo moderamine Judex:  
Tunc se fasce levans, rerum commendat habenas (d  
Joeli atque Abeliae natis, post mille pericla,  
Et varios fortunæ casus, cœlica tractans.*

*Hic regem primum Saulem tinxit populo arcto, (e  
Et genti statuit metuendum autore Jehovaha,  
Judicis officio sublato Regia sceptrum  
Instituit, Regno Solymæ nova Regna ministrans.*

*Sicque Ducum regimen duravit secula quattuor,  
Annos viginti atque octo, miro discrimine gestum,  
Donec ad imperium Regum revoluta potestas.*

FINIS LIBRI PRIMI

HEROI-

(a I. Sam. 3, 2. 3. (b I. Sam. 4, 11. 12. 13. (c I. Sam. 7, 10. 11.  
ad finem (d I. Sam. 8, 1. 2. (e I. Sam. 9, 1. 2. 3. seq.

# HEROICORUM SACRORUM

LIBER II.

REGUM REGIMEN, INTE-  
GRI ET DIVISI REGNI JUDAJCI  
ACTA, USQUE AD TRANSPORTA-  
TIONEM BABYLONICAM  
DUODECIM TRIBUUM  
COMPLECTENS.

Præfatio.

Facta cano Regum Solymæ, Judæ, Samarææ,  
Impia facta cano, facta canoque pia.  
Virtutes immortales, rerumque secundis  
Temporibus dubiis fronte sagace manus.  
Corruptos populi mores, fraudesque, dolosque,  
Insidias Regum, mente tumente manus.  
Constantes animos æqui, justique tenorem,  
Acceptumque Deo Relligionis opus.  
Degeneres animos, temptores juris & æqui,  
Ingratumque Deo fictile Numen, opus.  
Hæc si forte leges, mi Lector candide, cernes,  
Quid pia facta volunt, impia quid cupiunt.

Exemplis capies quod vitæ poscit honestas,  
 Quod rerum ad Patriam postulat usus opem.  
 Non hic Virgiliî carmen sermone disertò  
 Invenies, sed iners Exulis arte datum.  
 Hic neque Nasonis numeros numerabis amœnos,  
 Nec Flacci modulos, dulce sonante lyra.  
 Nil opus est tectis res claras scribere verbis,  
 Luce suâ radiant carmina scripta piis.  
 Sed Regum recitare omnes ex ordine formas,  
 Non erat inceptum, temporis hujus opus.  
 Utque jacet partus catulorum informis, & ipsum  
 Formidans nescit sustinuisse diem:  
 Sic meus iste labor cæca sub mole laborat,  
 Dum mihi præfixo limine meta caret.  
 Tu modo, mi LECTOR, munus de munere sacro,  
 Accipito placide, quod Tibi Musa tulit.  
 Et nostros virtute Tuâ defende labores,  
 Qui nunc sacrati sunt ratione Tui.  
 Hi Tibi si placeant, ut spes est magna, fatebor,  
 Iam mea quæ voluit littora pupis habet.

REGNI JUDAICI TRIUM  
 REGUM REGIMEN, DUODECIM TRI-  
 BUBUS IMPERANTIUM.

Tres Reges, TRIBUS Unitis, bis sex Solymorum  
 Ordine regnarunt, SAUL & DAVID, SALOMONq;

Enodatio.

I. SAUL

I. SAUL.

**C**isladis gnatus curarum dulce levamen,  
 Quo non de toto populo procerior ullus, (a  
 Multis egregiis animi virtutibus auctus,  
 Ungitur in Regem Solymorum primus in Orbe (b  
 A Samuele Propheta, ultro ferventibus ausis:  
 Et Domino Zebaoth, Cali Duce & Auspice summo, (c  
 Regnifici scandit sublime ad culmen honoris,  
 Maxima quem primis decoravit gloria bellis,  
 Namque Naas Princeps Ammon, tunc milite denso (d  
 Quadrupedum, peditumque ferox, ad prælia surgit,  
 Isacidum terras vastat, flammisque perurit,  
 Et Saul cum media volvuntur sidera nocte (e  
 Invadit, subitoque Naas fugit, agmina perdens.  
 Moxque Philistas armatos gladiis, clypeisque, (f  
 Terrificis scutis humeros & pectora tota  
 Præcinctos, currus falcetos præpete cursu  
 Ductantes, Solymæ sceleratè bella moventes,  
 Transadigit Jonathan cum servo vertere terga,  
 Innumerum numerum, portento fundere miro.

Post Ammonque Edom Reges debellat iniquos,  
 Atque Duces Syrios & Soba Regna, Philistas, (g  
 Qui premere Hebreos prius & terrere solebant:  
 Ultoris sed quum transgressus jura Tonantis (h  
 Ama-

(a 1. Sam. 9, 1. 2. (b 1. Sam. 9, 6. (c 1. Sam. 10, 1.  
 (d 1. Sam. 11, 1. (e 1. Sam. 11, 11. 12. 13, (f 1. Sam. 14, 11,  
 12. 13. 17. (g 1. Sam. 14, 46, 47. 48. (h 1. Sam. 15, 4-  
 18. 22. 23.

*Amalecidum* hosti parcit, prædamque reservat,  
 Quem iustus fuerat cum totâ perdere gente, (a  
 Infandum peccat: *Samuel Zelosus Agagum*  
*Regem*, in frustra secat: *Saul* mox dilcedit ab ipso,  
 Et *Samuel* lachrymis *Regis tentoria* linquit.

## II. DAVID.

*Jfai*dem *Regem*, rubicundumque ore venustum, (b  
 Et minimum fratrum, citharâ, fundæque peritum,  
 Lanigeras qui patris oves in pascua duxit,  
 Tam validum factus, propriâ ut virtute Leonem, (c  
 Atque urfos prædâ solus spoliaret opima,  
 In *Regem Judæ Samuel* mandante *Jehova*,  
 Unguentò pretioso tingit, tempora, crines:  
 Qui quamvis juvenis, rabidis non utilis armis, (d  
 Attamen aggressis dejecit verberare fundæ, (e  
 Corporis immani procerâ mole *Goliam*,  
 Vindicat & populum sanctum de gente *Philistim*.

Huic *Jonathas* lectos inter fors prima sodales, (f  
 Armis conspicuus, superans virtute parentem,  
 Qui medios, puerò saltem comitante per hostes, (g  
 Quique *Philistinæ* concusserat agmina gentis,  
 Conjunctus fuerat, verâ pietate, fideque:  
 Unus utrique animus, sensus, mens, una voluntas,  
 Et stetit ad finem vitæ concordia summa.

Interea *Michol*, *Davidi* ob rem bene gestam, (h  
 Saul

(a I. Sam. 15, 32, 33. 34. 35. (b I. Sam. 16, 3. 4. 22. 23. (c  
 I. Sam. 17. 34. 35. Eccles. 47, 4. (d I. Sam. 17, 50.  
 (e I. Maccab. 4, 30. (f I. Sam. 18, 1. 2. 3. 4. 5. 6. (g I.  
 am. 20. 16. Cap. 23, 28. (h I. Sam. 18., 28.

*Saul soboles generosa*, pudica & nobilis arte,  
 Omnibus exemplis charissima jungitur uxor,  
 Postquam centenis præputia dempta *Philistis*:  
 Hanc Princeps *Saul iratus* disjungit inique.

*Reges* incessit magnos discordia motu, (a  
 Et *Saul* in *David* truculentæ jurgia lingue  
 Exacuit, vafrum simulat sub corde venenum,  
 Ob populi propensi in *David* cordis amorem.

Utque duos soles, nec Mundi machinâ ferre,  
 Nec socios thalamus, Regum quoque gratia rara:  
 Sic beros *Reges*, Regnum Regniq; potestas,  
 Et populus concors, discordes, ferre recusat.

Quam varios casus mille & discrimina rerum, (b  
 Per mare, per terras, per devia rura, latebras,  
 Pertulit innocuus *David*? quæ tristia fata?

Primum per famulos celeres ad jussa paratos, (c  
 Extingui jussus, violentâ morte repente,  
 Ni Deus & *Jonathan* flexissent corda maligna.

Postea cum lauros victrices gente *Philistim* (d  
 In manibus gestat, populo plaudente *Jehudæ*,  
 Percitus irarum, *Saul*, æstu cuspide acuto  
 Pfallentem citharâ de vita rollere tentat.

Mox *David* fugientem, *Saulis* turba maligna, (e  
 Frendens insequitur penetrâlia Regia tecti  
 Invadit, taciturno tempore noctis opacæ,  
 Corpora dum placidum carpebant fessa soporem.

Provida dum *Michol*, *David* dulcissima *Conjux*,  
 Tunc

(a I. Sam. 19. 1. 2. seq. (b I. Sam. 20. (c I. Sam. 19, 1.  
 2. (d I. Sam. 19, 8. 9. 10. (e I. Sam. 19, 20. 21. 22.

Tunc Dominum vidit magno in discrimine vitæ, (a)  
*Per laxatam illum demittit fune fenestram,*  
 Et servos Saul delusit stratagemate miro.

Inde *Najoth* descendens, cum *Samuele* Propheta (b)  
 Sermones varios miscet, querulatur iniquam  
*Fortunam, ambiguis miscentem tristia lætis,*  
*Passibus:* adfunt ter lictores ut capiatur,  
 Ad fauces invisos, Rex sine crimine tetto,

Sed *Deus aternus, qui temperat Orbis habenas,*  
*Continuo mentes licitorum mutat, & indit,*  
*Flaminis afflatum cælestis, ductibus almis,*  
 Et Regi Saul flagranti æstu, *Vatis ad instar*  
*Veridica ut cuncti, Cælestis semina verbi (c)*  
*Proferrent populo, factis nocuisse nec ultra*  
 Davidi possent. *Sic sospes retia rupit.*

His ita tranfactis, faciem convertit ad Urbem, (d)  
*Nobe* venustam, tum quoque langvida, lurida vultu,  
 Et matura *fames Davidis concitat artus:*  
*Obstupuit Vates Abimelech, pane sacrato*  
*Pascit eum, Legem frangit Fatum atque Necessè.*

Nec latuisse potest factum, *sceleratus* in urbe  
 Namque *Doeg* præsto fuerat, *speculator iniquus, (e)*  
*Opilio Saulis* ducens ad pascua foetus,  
 Astutus, mendax, *Davidis proditor, hostis, (f)*  
 Quique sacerdotes *Abimelech* funditus omnes,  
 Imperio Regis peracutâ falce necavit.

Diffu-

(a I. Sam. 19, 12. (b I. Sam. 19, 23. 24. (c I. Sam. 19,  
 23. 24. 25. (d I. Sam. 21, 1. 6. 7. 8. (e I. Sam. 21, 7. 8.  
 1al. 52, 1. (f I. Sam. 22, 18. 19. 20.

Diffugiens *David* sylvas, saltusque pererrat, (a)  
 Langvida membra trahens, *Achis & Geth regia tecta,*  
*Agnitus ingressu, simulat sub corde furorem,*  
*Dilaniat frontem, crudeliter ora, manusque,*  
*Tempora discerpit, curvò expuit ore salivam,*  
*Labitur & furiosus, stat titubansque repulsus.*

Libertati assertus *Rex,* petit antra cavernæ, (b)  
*Odolli spelæi* gaudens, concitus æstu  
 Flammigero langvens, captans ex corde quietem,  
 Concurrunt subito fraterno sanguine juncti,  
 Et *Domus* ampla Patris, deserti tecta petentes.

Conjuncti tandem veniunt in *Mipsa Moabi, (c)*  
*Ad Regem, quos hospitio contexit amæno,*  
 Huic *David* charos genitores tradidit ambos,  
 Et socios fidos fraterno sanguine junctos:  
 Alta petens *Ziphi* montana cacumina montis:  
 Fortuito casu *Saulis* tunc arma cruenta  
 Collibus, & castes positos evaserat omnes.

Post deserta *Maon,* conscendens avia cursu, (d)  
*Fluctibus innumeris vexatus,* sedit in antris  
 Desperans, moestus castes pervadere *Saulis,*  
 Quæra contra frendens numerosum duxerat agmen,  
 Unde locus dictus posthac est, *petra recessus.*  
 Non poterat *David* *Engadi* flectere, *Eremum, (e)*  
*Umbriferamque specum* latronum, lustra ferarum,  
 Obscura recubans furtim sub tegmine petrae:  
 Quam *Saul* accedens, ad ventrem pondere pressus,

Pur-

(a I. Sam. c. 21, 1. 12. 13. (b I. Sam. 22, 1. 2. (c I. Sam.  
 22, 3. 4. 5. (d I. Sam. 23, 25. (e I. Sam. 24, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7



Purgandum, *latitans inimicus chlamydis oram*  
*Abscidit gladiò*, taciturnus iponte recessit.

Mox *Saul* egressum infectans sermone superbo (a)  
 Aggreditur *David*, commonstrat chlamydis oram,  
 In manibusque fuillè suis sita stamina vitæ  
 Commemorât, casusque futuros, *fœdera pangit*.

*Isaides* posthac *Pharan* proficiscitur Exul, [b]  
 Et *deserta colit*, cum *Nabal* *jurgia miscet*,  
 Noctes atque dies *perfusò tempora Bacchò*,  
 Quem Dominus subito percussit morte nefandâ:  
*Abigail*que sagax thalamos excussa *Nabalis*  
 Exoptata sibi, non temsit fœdera lecti,  
 Et Regem profugum casus comitata per omnes:  
 Interea *Michol Davidi fœdere juncta*, [c]  
 Quæ data centenis præputia dempta Philistis,  
*Surripitur Conjux*, *violantur jussa Tonantis*, [d]  
 Iungitur & *Phalti*, scelerata mente referto.

Nondum conticuere doli *Saul sanguine olentis* (e)  
 Dum placidam pacem rursus violare refumit,  
 Trigintaque Virum deducit millia contra:  
 David Rex fidus, dum fessos occupat artus  
 Noctè soporifera sopor, recubantis in hostes  
 Irruit, appositum capiti jaculum rapit, aufert,  
 Atque scyphum lymhæ, Sauli parcitque jacenti.

Tum *David* pedibus pavidis timor addidit alas, [f]  
 Diffidensque loco, sitiens *ad Regia tecta*  
*Regis Achis revolat*, supplex petit inde salutem,

Cui

(a) I. Sam. 24, 18. 19. 20. (b) I. Sam. 25, 28. 29. (c) I. Sam. 18,  
 28. 29. 30. (d) I. Sam. 25, 44. (e) I. Sam. 26, 44. (f) I. Sam.  
 27, 4. 5. 6. 7. 8. Cap. 30.

Cui *Sicelech* humiles habitare casus satis ampla  
 Præbatur, manibus datur, atque nepotibus ipsis.

Hic quoque *per varios casus, per mille pericla*,  
*Exagritus* erat, modo *per servosque nepotes*,  
*Uxoresque* duas, inimicos atque Philistin, [a]  
 His quoque devictis prædam partitur amicis.

Causarum series & ineluctabilis Ordo, [b]  
 Præ foribus fuerat *Saulis*, tunc funere mersò  
 Fatidico *Samuele Propheta*, & vera loquenti  
 Dum Rex abstulerat *Lamiasque Magosque scelestos*  
 Et cœcis opera *Pythonis* tentat ab umbris,  
*Os Helcarniade* venerandum exire *Propheta*,  
*Auspiciis* valde *infelicibus arma Philistis*  
*Armis opposuit saevus, perditque cohortes*, [c]  
*Ense cadens proprio, Nati tres morte perempti*,  
*Avulsisque caput celfo de pectore victor*,  
*Ostentat castris, ingloriaque inde propago*.

Hic sceptri fragiles quondam sortitus habernas, [d]  
 Atque *Deo viridi* decoratus frondè triumphi,  
 Non plane *Domini Cæli, Sacra jussa sequutus*,  
*Sed populum occidens pingvem servavit Agagum*, [e]  
 Et captas pecudes misit non jussus ad Aras,  
*Se & natos miseros involvit cladibus unâ*  
 Annos bis decies *Regnum* possedit avarus.

Flectibus *Aula* tremens, oculis non defuit imber. (f)  
 Ac gemitus lacrymabilis imo ex corde redundans, (g)  
 In populo *Zephyrus* dotales excitat hortos.

*Isbo-*

(a) Cap. 30. (b) I. Sam. 28, 3. 7. 8. 9. [c] I. Sam. 31, per-  
 totum. [d] I. Sam. 15, 2. [e] I. Sam. 15, 20. (f) I. Sam. 18, 33.  
 34. (g) Cap. 19, 1. 2. 3. 4.

*Isboseth* gnatus, parvo cum fratre superstes, (a)  
 Qui quadraginta jam vitæ expleverat annos,  
 Æmula dum virtus partes stimulabat utrinque,  
 Hunc gemini fratres, *Rimone* parente creati,  
 Compositum lecto, somno ut videre jacentem,  
 Protinus invadunt, stricto ferroque trucidant,  
 Avulsam que humeris caput in sua tecta reponunt,  
 Tandem *Regem* truculenta falce perempti.

Dux animi fidus, dextra fidissimus *Abner* (b)  
 Ob stuprum commissum atrox cum prole nefanda  
*Isboseth* functi genitoris funere diro,  
 Æquo dum duris verbis maledicatur, ultro  
 Deficit à *Saul*, & *Davidis Regia tecta*  
*Sponte sua invisit. Terris scelerata voluntas*  
 Et fucatus amor non semper durat in horas: (c)  
 Namque *Joab* surgens hasta transverberat illum.

Sublatis offensis *Rex* unctus *Tribus* amplis, (d)  
*Præficitur Solymæ David*, fuditque *Philistæ*  
 Multoties, hostes portoria solvere jussit.

Tum *Syrios*, *Moabitas*, *Sobæ Regna* propinqua, (e)  
*Amalecitas*, *Anmonitas*, bella gerentes,  
 Innumerosque greges, felix prostravit agrestes,  
 Virtutem extendens *Regni Babylonis* ad oras,  
 Qua fluit *Euphrates* cælo gratissimus amnis.

Jamque *senex David* socialia fœdera rumpit, (f)  
*Bethsabeæ thalamos incesto polluit usus*, (g)  
 Et bellatorem fatalia castra sequutum *Uriam*,

(a 2. Sam. 2, 9, 8, 16. (b 2. Sam. 3, 7. 8. 9. 10. 23. 24.  
 25. (c 2. Sam. 3, 27. (d 2. Sam. 2, 36. cap. 8, 1. 2. seq. (e  
 2. Sam. 8, 1. 2. seq. (f 2. Sam. 10. (g 2. Sam. 11, 3. 4. 5.

*Uriam*, Proceres inter *fidum* & *sapientem*,  
 Cladibus innumeris prostratum sustulit Urbe.

Hunc *Nathan Vates*, cœlesti Lumine ductus (a)  
*Proscindit maledictis*, fulmina dira minatur,  
 Ni lacrymis cordis mœstus sua crimina ploret.

*Electitur obsequio peccator* criminis atri, (b)  
 Et *Numen Cæli*, quod nutu cuncta gubernat,  
 Perpetuis votis calidis precibusque fatigat,  
 Quò veniam tribuat fœdato crimine tetro.

*Bethsabeæ* posthac geminatà prole beatus,  
 Suscepit *Salomonem*, prudentemque *Nathanem*,  
 Et Domino grates ingentes pectore solvit.

Filius *Achinoxæ Regine* fervidus *Amnon*, (c)  
*Germanæ stuprum* qui turpibus intulit actis,  
*Thamar*, quem haut ficto mandat sermone ministris,  
*Absolomus* sava impudentem cæde necare,  
 Incesto totus maculatus sanguine fratris.

*Moachides* gnatus, magni *Patris* æmulus hæres, (d)  
 Quo nullo vixit juvenis formosior ævo.  
 Pulchrior erectò talos de vertice ad imos,  
*Insidias Patri struxit*, scèptròque, toròque,  
 Sedibus & Regni *Regem* pepulit, maledictus.

Cui ferus *Achitophel*, junctus fuit ore disertò, (e)  
 Ut responsa Viri cœlestis jussa putarent,  
 Oraclis homines velut ex ipso æthere natis:  
 Hic postquam vidit consortia falsa fuisse,  
 In sese ipse furens, laqueo sua guttura fregit.

C *Absolo-*  
 (a 2. Sam. 12, 3. 4. 5. (b Sam. 12, 24. 25. 26. (c 2.  
 Sam. 13, 14. 15. (d 2. Sam. 15, 30. 31. 32. (e 2. Sam. 17, 1. 2. 3. 4.

*Abfolomus* gnatus, ferventi milite fractus, (a  
Præpete dum mulo curſu per devia tranſit,  
Arboreas pinus ramis frondentibuserrat,  
Eſculus appendit mulo fugiente capillos  
Implicuitque comam, miſero pendente ſub umbra.

Postea *Serviades* mucronis cuſpide pectus (b  
Trajecit, furvas cæſum demisit ad urnas,  
Discite mortales Nati non temnere Patres.

Fletibus Aula tremat, cordis non deficit imber,  
Intima concutiunt macerantia corpora corda, (c  
Et *David Regis* turgeſcunt lumina luſtu,  
Atque ſonos tremulos imo de pectore fundunt:  
*Absolon!* ab dulcis ſoboles, ô *Absolon!* omnis  
Spes vite cecidit, cecidit veneranda propago,  
Quis dabit, *Absolon* in te jam mihi vivere? quiſve,  
Dulce mori? *Absolon?* ah vox faucibus hæſit.

Quantus amor Patris? quanta eſt dilectio Nati? (d  
Ute quoque degeneres poſcat ſibi vivere partus:  
Tumque *Joab* maledicta Dei proponit & iram, (e  
Si in populo fletus, Regis nec vulnera ceſſent.

Postea dira famas, implacataque vigebat (f  
Flamma gula triftis, *Solyms* pallorque, tremorque  
Ventriculi, tribus annis, propter *Saulis* iniquam  
Cum *Gabaonitis* violatam foederis arcti  
Tempus in omne fidem, ſegetum ſterilemq; *Minervam*.

Atque *Joab Davidis* Dux ſcleratus, *Amasam* (g  
Dum blande alloquitur, barbâ preſumque tenendo  
Beſiat, en tacitum vagina liberat enſem, In-

(a 2. Sam. 18, 7. 9. (b 2. Sam. 18, 14. (c 1. Sam. 18, 30.  
cap. 19, 4. (d 1. Sam. 19, 5. (e 2. Sam. 21, 1. 2. (f 2. Sam. 21,  
(g 2. Sam. 20, 10. 11. 12.

*Incautum* ſternit ſariis ſeductus averni,  
Quique ruit cæſus, tum viſcera fudit in arvom.

*Montibus Ephraicis* Iemnidum ſtirpe creatus (a  
Filius, & *Boehri* deſertor ſeditioſus,  
Famofus latro, ſed cætera futillis erro,  
*Seba* tenens *Abelia* claræ moenia, cæſus  
Sanguinem olente manu, jaſtum caput Urbe *Joabi*  
Interea *David* populum bis ſex Tribus amplis, (b  
Dum numerare facit, violatur odoribus aure,  
Corrupto cœli tractu, miſerandaque regnat  
Arboribus ſegetisque lues, & lethifer annus,  
Grallatur genius, decies ſeptena per urbes  
Millia Hebraorum mors ſavâ falce peremit.

Quæ tandem precibus populi, votisque fugata,  
Et calido *Abiſach* *David* calefactus amore,  
Uxores plures induxit, cœlica juſſa  
Tranſiliens quoque *Japhetis* confortia miſcet.

Postea *Rex* firmum caſtrum Regale *Sionis*  
In *petra Solyme*, quæ florenti adjacet Urbi, (c  
Impoſuit, gelidæ *Boreæ* partique locavit:  
*Iebuſeis* Patriis *Solyme* de ſediſibus actis,  
Ædibus & Sacris condendis millia centum (d  
Auri Regalis ſpecioſi, cuſa talenta  
Argenti ſolidi ſacravit millia mille.

Egregius *Pſalter*, ac *Vatum* maximus idem, (e  
Uſque Deo Summo, qui carmina grata caneſat,  
Curarum partes varias agitatus in omnes,

C 2

Pro-

(a 2. Sam. 20, 22. 23. (b 2. Reg. 24, 1. 2. 9. 10. (c 2. Reg.  
5, 9. 10. (d 1. Chron. 22, 14. 15. (e 1. Reg. 2, 1. 10.

Procubuit, moriens Salomoni *tradidit Urbem*,  
Magnifico *tumulo mæsti* imposuere feretro.

### III. SALOMON.

*Regia progenies David, Vatesque Propheta*, (a)  
*Rex Salomon surgit sapiens* spectabilis armis, (b)  
*Adonias contra* tumidus, sceleratus amicus  
*Conspirat* subito, miscet certamina *Martis*,  
Et volucres volitant, passim per inane favillæ,  
Donec in instanti, fervens succreverat ignis,  
Ac flammæ volucres suppressæ gurgite fuso,  
*Complicibus sublatis, Adoniaque reselto.*

Tum *Salomon solus* sapienter sceptrâ capessit, (c)  
*Instituit cultus Divinos*, thura sacra vitæ,  
Ante aras pecudum cecidit tunc victima multa,  
*A Domino petiit docile & sapiens caput, omnem*  
*Ut populum juste moderari posset in Orbe.*

Moxque *meretricum binarum jurgia, lites*, (d)  
*De puero exortas, prudenter solvit*, aperte  
Judicium statuit rectum, justique tenorem  
Observans, *Matri vere dat*, corde *tenellum.*

Nomen & omen habet *Soyimæ* dum sceptrâ gu-  
bernat, (e)  
*Pacificus Dominator erat, vitamque per omnem*  
*Aurea tranquille traduxit & otia vitæ.*  
Instituit turmis Chiliarchas atque sodales,  
Dives opum, pecoris, positus in scenore terris,

Artibus

(a 3. Reg. cap. 1. & 2. (b 1. Par. 1. 1. (c 3. Reg. 3. 1.  
4. 5. 6. 7. (d 3. Reg. 3. 16. 17. 18. 19. (e 3. Reg. 4. 1. 2. 3.

Artibus instructus variis rerumque stupenda  
Cognitione gravis, quo non sapientior alter.

*Cui tantum fulvi argenti fuerat super arce*, (a)  
*Quantum saxorum, lapidum requiescit in agris:*  
*Copia quin etiam cedrorum tanta virebat,*  
*Quanta solet ramis nostris frondesere sylvis.*

Magnificum templum centum sublime columnis,  
Ad superas auras erexit, *monte Moria*: (b)  
*Hoc qui cuncta videt sol, nusquam vidit in Orbe*  
*Splendidus, rutilans fulgenti luce refertum,*  
*Continuas flammâs Sacrorum viscera cujus,*  
*Servabantque focum, solennia thura ferentem,*  
*Quo placabatur semper Divina potestas:*  
*Secretum penetrabile Dei, quo Fœderis Arca*  
*Infertur, Legis sententiâ dictaque Mose:*  
*Excelsumque Cherub memorandum, desuper Arca*  
Ad latera apposuit fulgens *Regale* coruscans.

Dumq; per immensum surgunt præconia laudum,  
Nobilis & fama in multis memorabilis oris, (c)  
Tum vulgata fuit *Salomonis*: Postea *Araba*,  
*Regnatricis Solyimæ properat, sapientis amorem* (d)  
*Mirata est*, lapides pretiosos vexit ab oris,  
Atque aurum fuluum, monumenta & pignora cara,  
Deposuitque dedit Regi, felicibus ausis.

*Uxores plures induxit, Cœlica jussa* (e)  
*Pesundans*, etiam ignotis consortia fœda  
Commiscet, multis castum rapit atque pudorem,

C 3

Falso-

(a 3. Reg. 5. 10. 11. (b 3. Reg. 6. per totum (c 3.  
Reg. 10. 1. 2. 3. 4. 5. (d 1. Par. 3. 5. (e 3. Reg. 11. 8. 9.

*Falforum simulachra Deum*, de marmore duro  
Condit, deque auro solido, & de robore querno  
Constituit, populum revocans à *Numine* vero.

Ad *Boream* partem *Solyme* quæ culmina spectat  
Scandali inaccessi montis simulacra profana (a  
Condidit & *Fanum Chamos* construxit ad auras, (b  
Uxoribus placeat *Moabitibus*, divite sumptu. (c  
Unde videre licet Sacris in Codice Scriptis, (d  
*Adam*, *Samsonem*, *Loth*, *David* & *Salomonem* (e  
*Famina* decepit, quis tutus in *Orbe* futurus? (f

Monte in *Olivarum* præcelso parte sequestra, (g  
*Fanum Sidonitis Asbaroth*, sumptibus amplis (h  
Erexit, *Veneris* simulacrum, fictile Numen  
Imposuit, supplex solennia thura cremavit.

Jussa verenda *Dei spernens Salomon* ruit ultro (i  
In vetitum, expandit *Lucos* & signa *Deorum*  
*Ammonitarum Fanum* sub monte propinquo (k  
Excoluit *Melchon*, *Molocho* vota dicavit,  
Et charos gnatos, gentes in valle *Gehennon* (l  
Non dubitavit ovans flammis sacrare *Molocho*,  
Quam torrens *Cedron* percurrit turbidus undis,  
O *Salomon*, *Salomon*, quantum mutatus ab ipso?

*Cernens cuncta Deus presentia, prisca, futura*, (m  
*Cujus ad imperiam fundit sua munera tellus*,

*Sidera*

(a Num. 29, 3. (b 3. Reg. 11, 5. (c Jud. 11, 14. (d  
Jer. 48, 7. (e Gen. 3, 7. (f Jud. 16. 19. seq. (g Gen.  
19, 3. seq. (h 2. Reg. 11, 3. 4. (i Jud. 2, 14. cap. 3. 6.  
(k 1. Reg. 7, 4. cap. 10. 12. cap. 21, 10. (l 3. Reg. 11.  
7. 8. 9. seq. (m 3. Reg. 11, 43-

*Sidera* terribili, jaculatur fulmina dextra,  
*Cuncta* supercilio quatiens iratus iniquum, (a  
Imperium *Regis* Roboamo tradidit amplum.

Juxta prædictum *Vatis Salomonis Abia*, (b  
Qui *Chlamydem* in partes scindens, divisa figurat (c  
Regna, decem attribuens *Salomonis Jeroboamo*  
Præfecto indomito, generoso, pectore forti:  
Atque duas Tribus imperio præfecerat Urbis.  
Quadraginta annis *Solyme* dum regnat in *Urbe*,  
Ac cumulo *Fatali* contumulatur *Avio*.

REGES JEHUDÆ XX.  
POST SALOMONEM

Seu

REGNI HIEROSOLIMITANI  
DIVISI  
TRIBUS JUDÆ ET BENIAMIN  
REGNANTES.

Continentur his versibus:

En *Roboamus* adest, *Abija* fit, *Asaque* regnat,  
*Josaphat* & *Joram* fratrum trucidator iniquus,  
*Ochofias* latatans *Atalia*, *Ioasus*, *Amasa*,  
*Ufias*, *Jothan*, *Achasus*, *Chiskia* sanctus,  
*Manasses*, *Amnon*, *Josias* atque *Joachus*,  
*Jojakim*, *Jechonias*, postremus *Sedechias*.

C 4

Eno-

(a 3. Reg. 11, 43. (b ibid. (c 2. Par. 9.

Enodatio.

## I. ROBOAMUS.

Dum Salomon moritur, Roboamus Regia sceptrum  
 Suscipit, inflatus, Prudentum provida gentis (a)  
 Spernit consilia & præfert puerilia sanis,  
 Exauget vectigal, multiplicatque tributa,  
 Pro flagris populum violentis ictibus urit,  
 Nec gemitus querulos, ululatus tecta dolmorum  
 Omnia complentes audit: transmittit Aduram  
 Ut passim à cunctis repetat portoria, census. (b)

Obvia turba ruit non iusta tributa petenti,  
 Portantique minas, impingit vulnera saxis,  
 Ipseque vix populi potuit vitare furorem.

Inde decem Tribus avulsæ, sua fœdera solvunt, (c)  
 Nec poterat ferrum, nec edax abolere vetustas  
 Ardentes flammæ: Roboamus crimine plenus,  
 Collibus excelsis statuas, per aperta viarum, (d)  
 Umbriferos saltus plantavit, thura litare  
 Idolis, gentem præcepit, vota sacra vit.

His Deus omnipotens iratus, bellica signa (e)  
 Ægypti Solymam mittit, populatur inermes,  
 Aedes Sacratas violant, fulgentia vasa (f)  
 Sesac Rex rapit, & thesauros dissipat omnes,  
 Exspoliaturque Domum Regis præ divite cornu,

Perstitit

(a 3. Reg. II, 1. 2. (b 3. Reg. 12, 6. 7. 18. 19. (c  
 3. Reg. 19, 30. (d 2. Par. II, 1. & 15. (e 3. Reg. 14,  
 25. 26. 27. (f 2. Par. 12, 13.

Perstitit imperium septemque decemque per annos.

## II. ABISA.

Post Abisa subit Regnum, spes maxima Patris, (a)  
 Magnificas, jactans robusto corpore vires,  
 Et fera bella gerens, sapienter cuncta gubernans. (b)

Interea trepidas inter discordia gentes  
 Isacidum exoritur, concurrunt undique totis  
 Viribus oppositi, sævus furor arma ministrat,  
 Tellorum effossus glomeratur in aëre nimbus,  
 Strataque sunt campis in pugna millia trunca (c)  
 Corpora quingenta Roboami viribus artus  
 Jude, quæ in Domino fundavit spemque salutem,  
 Demonstrans vitulos nil posse obstare Tonanti,  
 Quos sibi stultus homo fabri conflaverat igne,  
 Regnumque angustum Jude tenuit tribus annis.

## III. ASA.

Tertius Asa satus, superans pietate Parentem, (d)  
 Præses amans Pacis, vincens bonitate priores,  
 Sceptrum sacratum gerit: sapienter Templum gubernat,  
 Funditus extirpat Lucos, Idola, Maachan, (e)  
 Matris iniquæ, Lampfacidis quoque culmina tollit,  
 Subvertitque specus, aufert simulachra Deorum,  
 Et genitricem insanam, è Regni sedibus arceat.

Cum Syria regnante Benhadat fœdera pandit (f)  
 Sa-

(a 3. Reg. 14, 31. (b 2. Par. 12, 17. 18. seq. (c 2. Par. 12,  
 17. 18. (d 3. Reg. 15, 8. (e 2. Par. 14, 1. 2. 3. (f 3. Reg.  
 15, 10. seq.

*Samaria Basan vincit Pharaonis in arvis,  
Mox decies centum conflictu millia perdit:  
Urbes amplificat, munit portoria Regni,  
Ter deciesque novem Judæ regnavit in annos.*

#### IV. JOSAPHAT.

Josaphat hos sequitur felix, pietatis amicus, (a)  
*Relligione Deo charus, ludibria trunci,  
Quæ manus artificum, & perversa inductio mentis,  
Instar habere DEI voluit, terrisque locare, (b)  
Subruit: in Legis præceptis nocte dieque  
Versatus, Domino Levitas urbibus amplis (c)  
Atque Sacerdotes sanctos, virtute coruscos  
Imposuit: justos Prætores noscere causas,  
Mandavit: tandem Chiliarchas ordine justo  
Distribuit, decies centenis millibus aptos.*

*Ammonitas & Moabitas vertere terga, (d)  
Assiduis precibus projectis vidit aperte,  
Notus ab Hesperis & Eois notus ab oris:  
Infelix bello Syrorum foedere juncto  
Armis infausis scelerati Regis Achabi,  
Vicenos & quinque annos dominatur Iehudæ.  
Istis temporibus cælum conscendit ELIAS (e)  
Thesbites, vivus vectus super athera cæli  
Ignivomo curru, vestem jaciens Eliseo:  
Jordanis scissus: Fontes ex asperitate (f)*

Sunt

(a 2. Par. 17, 1. 8. 10. seq. (b 2. Reg. 22, 2. seq. (c  
4. Reg. 2, 8. (d 2. Par. 20, 22. 23. (e 4. Reg. 2, 12.  
13. (f 4. Reg. 2. 14.

*Sunt facti dulces; pueros, vari Sopharejo  
Dum illudunt factis, derident vocibus agris,  
Immanes urse bina, é saltu rabidaque (a)  
Profiliunt subito, natos, malefacta patrantis,  
Tunc quater & deciesque duos in limine portæ  
Discerpunt: Vidua, quam duris rebus egestas, (b)  
Depressit sæva, unguento flagrantis olivæ  
Succurrit, quondam contracta ut debita solvat.*

*Et sterili Sunamiti partum supplice corde (c)  
Impetrat, & gnatum defunctum suscitatur ejus:  
Mortiferum, coctum pulmentum, parte farinae (d)  
Injectæ reddit sanum, atque Elephride Naaman  
Emundat: ferrumque profundo gurgite mersum (e)  
Nare facit: captantes se hostes lumine privat:  
Et volucres adstare sibi sine corpore mentes,  
De cælo vidit. Post ingens mortis alumna  
Samaris exorta est, Natorum carnibus usæ (f)  
Concoctis Genitricis, stercoribusque columbe,  
Hic cibus, hæque dapes multis, epulæque fuere,  
Pressis obsidibus Syriorum, nocte, dieque,  
Benhadat regis numerofo milite freti:  
Donec ad extremum ventum discriminis usum,  
Et gemitus tristis, luctus, suspiria, planctus,  
Vox oppressorum, penetraret tecta Tonantis.  
Tunc Deus omnipotens, qui nutu cuncta gubernat, (g)  
Et fera bella ciet, strepitu sonituque fragoso,*

Agmi-

(a 4. Reg. 2, 24. (b 4. Reg. 4, 7. (c 4. Reg. 4, 17.  
(d 4. Reg. 5, 17. (e 4. Reg. 6, 7. 15. seq. (f 4. Reg.  
6, 25. seq. (g 4. Reg. 7, 7.

Agmine quadrupedum horribili, leviumque rotarum,  
 Condensare facit campos, rapidoque recurſu,  
*Turba maligna fugit*, curruſ, tentoria panſa,  
 Annonam, grandemq; dapum cumulumq; ciborum,(a)  
 Linquunt in campis hoſtes: *Populus ruit Urbe*,  
 Agmina feſtium pedibus capientia curſum  
 Inſequitur fruſtra, *rapit omnia* turbine mirô,  
 Quadrupedes vitulos, prægrandia corpora campi,  
 Munera fecundæ terræ, Cerealia, foetus.

Hinc ceſſat ſtimulata fames, & triſtia lætis  
*Miſcentur: tenebris ſuccedunt ſponte ſerena*,  
*Venditur & modius nummo Cerealis in Urbe*:  
 Tanta Dei bonitas contritos reſpicit ultrò.(b)

## V. JORAM.

Inſequitur *Joram* gener hoſ ſcleratus *Achabi*,  
*Juſſa verenda Patris ſpernens fratrumque crudelia*,  
 Et *Procerum Patrum charorum* tortor iniquus,  
*Nil veros Myſtas, nil curat Numinis acta*.  
 Veſtigal certum ſtatuit, portoria ſanxit  
 Annua, *Samariae Regum* veſtigia ſectans.

Sed *Deus æternus, cui ſervit pontus & ather*, (c)  
*Criminis infandi vindex gravis*, atque ſeverus,  
 Innumeras gentes *Arabum, Athiopumque Philiſtim*,  
*Immittit Solyma*, populantur, cuncta furore  
 Inſano complent, e *Gazis aurea vaſa*  
*Surripiunt, ſoboles, uxores, atque nepotes*

*Jorami*

(a 4. Reg. 7, 16. (b 2. Par. 21, 1. 2. 3. 4. 5. (c 2.  
 Par. 21, 16. 17.

*Jorami*, in durumque abducunt carceris antrum.

Aſt *Rex concuſſus* ſubito langvore maligno  
 Vicinus letho jacuit, ſub corde dolores (a)  
 Innumeros ſenſit cruciatus, tempore longô,  
*Donec ad extrema ventum conſinia vitæ*  
*Tota eructaret vehementi viſcera motu.*

*Exitus* iſte fuit *Regis*, qui caſtra ſequutus  
 Impia, *degeneris*, ſtupidi, nec ponitur imo  
 Deſunctus tumulo *Regum*, ſed parte ſequeſtra,  
 Octo annis *Solyma* portavit Regia ſceptra.

## VI. OCHOSIAS

*Ochoſias Patri ſimilis, blandeque parentis* (b)  
*Verbis & juvenum ſenſu ſeducus inani*,  
*Omnia Nabathida*, ſimilis mentemque, fidemque, (c)  
*Nil curat ſuperos, ſuperorum ſancta ſtatuta*  
 Spernit: *Samariae Regem* dum viſit *Achabum*  
 Langventem, fictâ *Jebu* deluditur arte:  
 Mox circumventus crudeli cæde peremptus,  
*In quo deſerat Salomonis linea Jude*,  
*Posteritasque potens*. Anno uno præfuit Urbi.

## VII. ATALIA.

Poſt *Atalia rapit dominatum, fraude malignâ*, (d)  
*Ambitioſa nimis mulier, furioſa, ſagaxque*, (e)  
*Græſſatur, tollit Salomonis ſanguine junctos*:

*Sacrataſ*

(a 1. Par. 21, 20. (b 1. Par. 22, 1. 2. 3. 4. 5. (c 4. Reg.  
 8, 24. (d 4. Reg. 11, 4. (e 2. Par. 22.



*Sacratas Aedes claudit referatque Baalis,*  
Persequitur pietate graves, & crimina patrat.

Sed quum *nulla potestas terris fraude scelestâ* (a)  
*Parta, diu constare potest, sic Mater iniqua,*  
*Fraude sua perit, ac dum Templi limina scandit* (b)  
*Splendida, Pontificis mandato, falce necatur.*

*Monstra Baalis adurunt, subvertuntque Sacratas*  
*Aedes, & statuas positas, simulacra Deorum:*  
Annos per septem Solymæ dum regnat in Urbe.

## VIII. JOASUS.

Ad *Nathan stirpem Regnum transfertur Jebuda* (c)  
*Posteritate ruta Salomonis, sorte Joasus.*

*Pontificis Juda septennis Rex fit & audit* (d)  
*Scripta Sacrata Dei servans* juvenilibus annis:  
Mansuetus, fideique tenax, ex corde benignus,  
Restituit cultum sanctum, *Mystrasque* verendos,  
*Sancivit* redditus rebus conferre sacratas.

Pontifice exanimi *totus mutatus ab illo,* (e)  
*Impia sectatus terrestria Numina Divum,*  
*Servavit Lucis nemorum,* volitantibus atris,  
Mandavit gentem Divinam thura libare.

*Zachariam Vatem sanctum, Divumque Prophetam,*  
*Fatidico sermone Dei secreta loquentem,* (f)  
*Regnanti populo quos devius abstulit error,*  
*In Templo lapidum saxi prostravit inermem.*

His

(a 4. Reg. II, II. (b 2. Par. 23, 13. 21. (c 2. Par. 24,  
1. 4. 5. (d 4. Reg. 10, 1. 2. (e 1. Par. 24, 17. 18. 19. 24  
seq. (f 2. Par. 24, 22. 23.

His *DEUS iratus Syriorum castra profana* (a)  
Constimulat, gladio accinctos, fulgentibus armis,  
Ut *Solymam* versus properent, populumque mali-  
gnum (b)

Sedibus è patriis pellant, comescant & igne,  
Ense, rota, pontò, constrictis funibus arcent.

Inde *Joas trepidans,* ad templi limina currit, (c)  
*Argentum* resplendens, *aurum,* & *vasa sacrata*  
*Arripit,* atque Domus properanter Regia dona  
Congregat, infaustoque gravi *transmittit Hæseli:*  
*Placatur domis Syrius,* nec signa furoris,

Sanguinem olente manu peragit, discedit ab Urbe.

Tunc *horrorque* pavor torpescens, *corporis artus*  
*Pervadit* Regis morbi fastidia tetri

Auget, languida membra trahens, cordisque dolores,  
Fulmineos sentit, geniali dum jacet æger  
In thalamo per servos præcipitatur iniquos.  
Nec *tumulo* sacro patrum tumulatur in Urbe:  
Imperium tenuit varium decies quater annos.

## IX. AMASIA.

Post *Amasia Patris soboles, pia Regia sceptrâ,* (d)  
*Suscipit,* incepto felici, donec in Aula  
Ædibus & Sacris, doctrinæ femina puræ, (e)  
Cœlestis verbi populo diffundere jussit,  
Et *Vatis monitu* didicit, *nihil arma juvare,*

Aut

(a 2. Par. 24, 21. 24. (b 4. Reg. II, 18. 19. (c 4.  
Reg. 12, 18. (d 4. Reg. 14. (e 2. Par. 25, 1. 2. 3. 4.

*Aut grave militia robur, dum bellageruntur,  
Sed superi Regis tantum prodesse favorem,  
Inque fugam hostiles trepidas convertere turmas,  
Impia & horrendo prosternere castra furore.*

Conjuratores cædis genitoris acerbæ (a)  
Sustulitè medio: Chiliarchas sanguine junctos  
*Magnanimos dedit, & ter centum millia gentis  
Fatiferis fulgentibus armis ducit, Idumæ  
Hostes aggreditur crudeles, millia fundit  
Viginti, sævo certamine, cæde nefandâ.*

Tunc *Amasia* novis turgens successibus istis, (b)  
Sponte Deum mittit, Cælestia jussa Propheta,  
Venturos casus dictantes, spernit & odit,  
Mox simulachra Seir locat & prostratus adorat.

*Samariæ Regi impia bella movens luit atrox, (c)*  
Immanes penas laqueis gravibusque ligatur,  
Cum gnatis & thesauris abducitur usque  
Samariam, Solymæ civis parjetibus altis  
Nudantur: Templi rapiunt penetralia Sacra.

Quare nil temere, nec contra Numinis almi,  
Impia bella piis terris contracta, gerenda  
Dimissus quibus insidiis circumdatus arte,  
In dicta Urbe Lachis, trucidatur morte pudenda  
Et Solymæ Patrum monumento ponitur imo,  
Vigintique novem Judæ regnavit in annis.

## X. USIAS.

*Ufias gnatus patris pietatis avitæ (d)*

Stre-

(a 2. Par. 25, 4, 5. (b 2. Par. 25, 14. (c 4. Reg. 14, 19.  
(d 4. Reg. 14, 13.

Strenuus, & rigidi semper sectator honesti, (a)  
*Mosaicos sanxit ritus, & jussa verenda,  
In castris numerans ter centum millia turba.*

*Ammon atque Arabes atros, domuitque Philistæ,  
Urbibus excelsis habitaculis, arcibus amplis  
Exiit, & Solymæ turres erexit amenas:*  
Arvorum & ruris semper studiosus amator,  
Et pecorum dives, jumentorumque beata (b)  
Foetura in campis, armenta & vallibus imis  
Montibus excelsis, dumetis, plurima pascens,  
Cisternas amplas puteales conficit illis,  
Et reditus magnos curarum colligit inde.

*Cujus mens, rebus quondam sublata secundis,  
Cum nescit servare modum, subito ruit ipsa:*  
Nam *Salomonæ*, ingressus Sacraia Templi,  
Thuricremam sese confert furiosus ad Aram,  
Quodque Sacerdotum est votiva adolevit acerra.

*Cui Deus exardens diræ contagia lepræ (c)*  
Immittit, niveoque notat rosea ora colore,  
Qui morbi foedi concussus femine, tristis,  
Commendat Nato Regni moderamen *Jothæ*,  
Nec tumulo Patrum foedus sepelitur amœno,  
Dum Judæ Regnum tenuit decies quater annos.

## XI. JOTHAM.

Hunc *Jotham* sequitur priscae pietatis amator, (d)  
*Arte Sionæi flectens moderamina Regni,*

D

Pace

(a 2. Par. 16, 1. 13. c. 25, 1. 2. 3. 10. 14. 21. (b 2. Par. 26, 8.  
(c 2. Par. 26, 17. (d 4. Reg. 15, 23.

*Pace fruens alma*, delubri in limine portam (a)  
Magnificam extruxit, largò & prædivite sumptu.

*Iussa Dei sectans habuit sine labe secundos*  
*Successus*, struxit positas in montibus Urbes,  
Aëreasque arces, tantæ munimina terræ,  
*Extulit & turres*, & amœnis saltibus *Aulas*,  
Et quæ fecellum præbent *Prætoria Regni*:  
Cumque *Ammoniæ* gessit felicia Bella, (b)  
Et genti imposuit stipendia maxima vitæ,  
Argenti centum numeranda talenta quotannis.

Ac tandem Fato facies miserabilis horæ,  
Triste simul tollens senium, lætamque juventam,  
Ante oculos glomerat, gyrata volumina lini,  
Cum Regnum tenuit viginti quinque per annos.

## XII. ACHASUS.

Degener *Achæsus* Regni monumenta capessit, (c)  
*Impius & demens*, gentem sacrare *Jehovæ*,  
Tunc vetuit *Templum Solymorum claudere jussit*, (d)  
Et *statuas* erexit multas, *aurea BELI*  
*Signa* suisque illi sacravit ritibus *Aras*.

Qui non umbrosa sub qualibet arbore tantum (e)  
Numen adoravit fictum, non collibus altis,  
Thura cremare modo ausus, non quicquid ubique  
Peccarunt alii solum, peccavit & ipse,  
Quin proh triste malum, *sua pignora chara Molocho*,  
In tristi diræ sacravit valle *gehennæ*.

Hinc

(a 2. Par. 26, 23. (b 2. Par. 27. 5. (c 4. Reg. 16, 2  
(d 2. Par 27, 7. (e 2. Par. 28, 1. 2. 3. 4.

Hinc *Syriæ Razin surgit Solymæque rebeli*, (a)  
*Castra domat*, magnamq; rapit secum ordine turbam,  
*Damascum versus*. Mox centum millia gentis,  
Et viginti, per *Phaceam* prostrata recenset,  
*Samariam captos ducentum millia missos*,  
Cum *Solymæ* vixisset sexque decemque per annos,  
Nec tumulo corpus Regis sepelitur avito.

## XIII. HISKIAS.

*Ezechias natus* rerum sceptroque potitus, (b)  
Cui nemo major vera pietate *Nepotum* (c)  
*Davidæ gentis*, sapiens imitator *Avorum*  
*Restituit cultum & vera pietatis amorem*.

Namque Deum justo reverenter amore colebat, (d)  
Fervidus & passim *statuas confregit* inermes,  
Nec falsa populum sub Relligione sinebat  
Vivere, seu diræ Serpentis imagine falli.

Dum queritur lacrymis *citius sua Fata venisse* (e)  
In strato recubans, votis precibusque sacratis (f)  
Quinque decemque annos morbi, tristemque senectam  
Accipit, & *vita fugientis dulce levamen*,  
A clemente DEO, qui nutu cuncta gubernat.

In signum certum *retrosum gnomonis umbra*  
*Ascendit sursum Sol: non revocabilis hora*, (g)  
Jam decies gradibus fuerat revocata retrosum.

*Assyrius* quando *Solymorum* cinxerat urbem (h)  
*Aligerum* vidit cœlestem millia centum,

D 2

Et

a) 4. Reg. 16, 6. 7. 18. 19. b) 4. Reg. 18, 1. c) 2. Par.  
29, 2. 3. d) 4. Reg. 18, 4. e) 4. Reg. 20, 1. 2. 3. f) 2. Par.  
32, 1. 2. 3. g) 4. Reg. 20, 11. h) 4. Reg. 18, 13.

*Et decies octo cum quinis, falce necare  
Senacherib, cum prodigio prostrata per arvom.*

*Quid non assidui gemitus de corde piorum?  
Atque preces humiles possint? quid ferre recusent?  
Mortuus Hiskias Patrum tumultatur in Urna:  
Vigintique novem Judæ regnavit in annos.*

#### XIV. MANASSES.

*Manasses stolidus, verbi contemptor, inanis, (a)  
Callidus, & Patre è vivis super Æthera raptò,  
Filius imperii, mores imitatus Achabi, (b)  
Nam quas tum quondam genitor destruxerat Aras,  
Instaurat rursus, furiosus, mente scelestus,  
Et nitidi radios veneratur sidera Cæli:  
Nomen adoravit Martis, Venerisque, Jovisque,  
Et sacros illis demens adolevit honores.*

*Non puduit volucres pavidas spectare canentes, (c)  
Auguriumque sibi captare è præpete cursu, (d)  
Consulere Astrologos sciolos, fontesque, Magosque,  
Et charum gnatum flammis sacrare Molocho  
Non dubitavit, inops animi, vecordibus ausis.*

*Qui sibi restiterant, immani cæde perempti,  
Sustulit innocuos & sanguine polluit Urbem,  
Esajas per quem est ferro dissectus acutò.*

*His ita transactis Magnus Deus agmina multa (e)  
Immittit Solymæ, prosternunt omnia passim,  
Et captum Regem, ferro, vinculisque ligatum,*

Ab-

(a 4. Reg. 20, 24 (b 2. Par. 32, 33. (c 4. Reg. 21,  
4. (d 2. Par. 32, 4. 5. 6. 7. (e 2. Par. 33, 11. 12. 13.

*Abducunt subito Babylonem in vincula dura,  
Ut poenas dignas plangat, bis quinque per annos.*

*Post sævo Babylonis ut atro, carceris usu (a)  
Exemptus: Solymæ festivus redditus Urbi,  
Protinus è Templo simulacra removit & Aras  
Subruit, & rapidi fluvii projecit in undas,  
Instaurans Altare DEI, pecudumque cruore  
Conspergens, pompa solenni Numen adorat.*

*Tum Solymæ moritur Manasses præpete casu, (b)  
Nec cryptæ Patrum, sed in horto conditur Oræ:  
Ac quinquaginta dominatur quinque per annos.*

#### XV. AMNON.

*Hunc Amnon gnatus sequitur, furiosus, iniquus, (c)  
Infani cultus, scelerumque, aræque profanæ  
Autor, jussa verenda DEI spernens ruit ultrò, (d)  
In vetitum, expandit lucos & signa Deorum  
Amplificat, tetro vitia vitæ mœnia ritu.*

*Quem contra conspirant famuli, atque ministri, (e)  
Et clam compressum magnæ in penetralibus Aulæ  
Demisere neci, sic sæva feroxque potestas  
Sponte ruit, regnatque duos annos scelus atrox,  
Nec tumulto Regali contumulatur avito.*

#### XVI. JOSIAS.

*Josias puer octennis, Præfectus in Urbe, (f)  
Quo non Rex quisquam Jovæ reverentior unquam,*

D 3

Justi-

(a 2. Par. 33, 13. 14. (b 2. Par. 33, 20, (c 4. Reg. 21,  
26. (d 2. Par. 33, 21. 22. 23. (e 2. Par. 33, 26. (f 4. Reg.  
21, 26. cap. 22. 1.

*Justitia sancta facta aequo tramite pensans, (a)*  
*Nec vera Solymis pietate, fideque coruscus.*

*Nam quæ quondam Achas rabidis contraxerat ausis,*  
*Et quæ fundarat veneranda per atria Templi*  
*Numina, diripuit, concussit, vindice ferrô,*  
*In cineremque redacta vagum, disperfit in amnem.*  
*Restituit cultum, Levitas, sponte sacrare*  
*Pascha Deo jussit, Jeremie legibus usus,*  
*Verba Dei coluit, præceptaque Diva Tonantis,*  
*Contulit ingentes sumptus ad pulpita Sacra.*

*Nechaum contra dum suscipit impia tela (b)*  
*Ægypti Regnatorem, adversus Babylonem, (c)*  
*Assyriumque Dei jussu, tum prælia iusta*  
*Sumentem, confossus pectora, vulnere sævô*  
*Occubat, & vitam cum sanguine fundit in auras.*

*Magnifico postquam Regem posuere sepulchro, (d)*  
*Exoritur luctus, pavor omnia pectora complet,*  
*Turbantur Civés Solyme, Regnique juvenus*  
*Descent magnanimum, multa bonitate refertum,*  
*Omnis ager lachrymas habet, & fovet angulus omnis.*

*Tempore non alio scripserunt plura Propheta*  
*Carmina lugubri, tristissima carmina versu,*  
*Mœsta quibus rapti desferent funera Regis,*  
*Unum terque decem Solyme regnavit in annos.*

## XVII. JOACHUS.

*Joachides sequitur Josam cognomine Sallum, (e)*  
 Quem

(a 2. Par. 34, 1. 2. 3. (b 2. Par. 15, 20. 21. (c 4. Reg. 23, 23. (d 2. Par. 35, 24. 25. (e 2. Par. 36, 1. 2. 35.

*Quem quondam peperit Regno, Libnaus Hamutal,*  
*Impius & nemorum cultor, Belique nefandi (a)*  
*Sectator, temerè spernens pia Numina Divum.*

*Hunc contra Deus immisit Nechaum quoque regem,*  
*Ægypti, quem constrictum deduxit ad ora*  
*Memphidos, & sævâ paulo post morte peremit, (b)*  
*Imposito grandi censu Solymæ atque tributo, (c)*  
*Mensibus imperium tenuit Judæ tribus atrox.*

## XVIII. JOIAKIM.

*Jojakim fratrem Regno præfecit Jhuda (d)*  
*Ægypti Ductor, falsos audire Prophetas,*  
*Devia sectari, populumque avertere verô*  
*Cultu, nam credens simulachris atque facellis,*  
*Nomen adoravit Beli, Numenque Molochi,*  
*Atque furens animi, recitata volumina Legis (e)*  
*Divina igne voravit, Jeremiamque Prophetam*  
*Persequitur, fugientem Collegam, trahit armis*  
*Memphidos ex oris, Uriam, & morte nefanda*  
*Interimit, fidens Pharaonis fortibus hastis,*  
*Abnegat Assyriis reditas, portoria Regni.*

*Hinc Babylonius illustris concurrat ad arma (f)*  
*Extendens latè crudelia brachia cædis,*  
*Et captum Regem Solyma deduxit ab Urbe,*  
*Inque patenti arvô, jugulavit morte nefanda. (g)*

D4

XIX.

(a 4. Reg. 23, 29. (b 2. Par. 35, 10. (c 4. Reg. 23, 29  
 (d 4. Reg. 24, 1. 2. 3. 4. (e Jer. 36, 23. c. 39, 18. (f 4.  
 Reg. 14, 1. 2. 3. 4. (g Jer. 22, 19.

## XIX. JECHONIAS.

*Impius hunc sequitur Jechonias gnatus in Urbe, (a)*  
*Omnia Nabatide similis, similisque Parenti,*  
*Qui non tres menses compleverat armiger omnes, (b)*  
*Jeremia vatis detrectans vocibus aures,*  
*Se dedit Assyriae genti, cum Patre Monarcha,*  
*Et deportatus Babylonem ad carceris antra, (c)*  
*Cum genitrice piâ Judæ, populoque maligno, (d)*  
*Theauris Templi adjectis prædivite cornu.*

*Triginta septem diris tortoribus annos (e)*  
*Exagitatus erat, conclusus colla catenis*  
*Detentus: vinculis duris dimissus ab hoste,*  
*Mandato Regis Babylonis, carcere tetro,*  
*Ut tanquam Regi clari tribuantur honores,*  
*Imperium tribus in Juda vix mensibus ornat.*

## XX. SEDECHIAS.

*Nomine mutato Sedechias ultimus inquit, (f)*  
*Josia genitus, non fausto sidere natus, (g)*  
*Aras & nemorum statuas, devotus adorans,*  
*Contemptor Vatum sapientum jussa retundit,*  
*Maximè in Helciadem furis bacchatur & irâ,*  
*Ac totas falsis impendens vatibus aures.*

*Annua dum rupto servanda fœdera pacis, (h)*  
*Ac jusjurandi, prostrato pondere Legis,*

*Assyrio*

(a) 4. Reg. 24, 8. 12. 13. 14. [b] 2. Par. 36, 9. 10. 11.  
 (c) 2. Par. 36. (d) 4. Reg. 25, 27. 28. 29. (e) Jer. 52, 31.  
 [f] 4. Reg. 25, 6. 7. [g] 2. Par. 36, 10. 11. [h] 4. Reg.  
 24, 25.

*Assyrio renuit, solvenda tributa Monarchæ:*  
*Hic Fidei tetro violatæ crimine, Regnò*  
*Attulit exitium, gentemque involvit acerbis*  
*Servitiis, & damna sibi lethalia adauxit.*

*Nam populum Assyriis fugientem pulvere belli, (a)*  
*Dum indagat, laqueis binis intexuit hostis,*  
*Ante oculos teneram miserando vulnere prolem (b)*  
*Occidunt, vigiles regis sub fronte ministros*  
*Excutiunt, cavæ includunt, Babylonis ad oras*  
*Abducunt: Urbem Solymam, Templumque sacratum*  
*Omnia dant flammis, & tristibus ignibus urunt,*  
*Pessundant, sternunt, subvertunt moenia firma.*

*Concidit en totum quæ nobilitata per orbem,*  
*Urbs pietatis amans, justique professæ tenorem, (c)*  
*Proh dolor! ecce jacet moles illa ardua Templi,*  
*Quod penetrabile Dei dictum paradisus in Urbe.*  
*Quid miserabilius visu? audituque referri?*  
*Aut fieri potuit toto lachrymabile Mundo?*

*Mox populum mœstum devictum sub jugâ mittunt,*  
*Ac finem tragicum Solymæ, Regnoque Jehuda (d)*  
*Imponunt. Moniti Mortales discite cuncti,*  
*Ducere nunc Vitam Sanctam, non spernere Jovam,*  
*Qui mare, qui terras, qui cœlum Numine complet,*  
*Qui Phœbo radios dedit, & qui cornua Lunæ,*  
*Qui super Astriferi tabulata nitentia Templi*  
*Ipse Monarcha sedet, qui nutu cuncta gubernat,*

D5

Et

[a] 4. Reg. 25, 5. 6. 7. 8. [b] Psal. 37, 1. (c) Hieroso-  
 lymæ eversio & primi Templi destructio. (d) Trans-  
 portatio populi in Assyriam.

Et fera terribili jaculatur fulmina dextrâ!

Sic Solymæ regnum duravit Secula quattuor,  
Et sexaginta ætates, quibus addito Brumas,  
Bis duo: mensibus atque tribus, totidemque diebus,  
Per David regem fundatum vindice ferro:  
Qui populos victos Chananæos Urbe fugavit, [\*]  
Condidit ad Notium castrum regale Sionis.

REGES ISRAELIS XIX.

POST SALOMONEM

IN REGNO SAMARIÆ

DECEM TRIBUBUS DIVISIS

GAD, RUBEN, EPHRAIM, MANASSE,  
SIMEONIS, ZABULONIS, ISASCHAR,  
ASSER, DAN, ET NEPHTALI  
REGNANTES.

*Hieroboam, Nabath, percussus cæde Basæ,  
Ella fatus Zambri, Superum contemptor & Amri,  
Achab, Ochofias, Joramque, Jechuque sequuntur,  
Joahasque Joas, post Hieroboamus in hostes,  
Atrox, Zacharias, Sellum, Tarsaque Menabem,  
Phacejas, Pekach, tandem succedit Hofeas.*

Enodatio.

## I. HIEROBOAM.

Dum Salomon sapiens veneratur Tempa Molochi, (a  
Scin-

[\*] Josephus Flavius de Bello Judaico Lib. VII.  
Cap. XVIII. (a 3. Reg. 12, 18. 19. 20.

Scinditur Imperium malefactis artibus amplum,  
*Hieroboamque decem Tribus amplis præficitur Rex, (a*  
*Impius, in Dan & Bethel qui Numina falsa*  
*Extruxit vitulum, lucos, ac signa Deorum*  
*Conflavit, Mystas sua per sacraria cultus*  
*Constituit, superans omnes toto Orbe Tyrannos:*  
Et mentem præcis avertit cultibus æquam,  
*Impia que Aeterno convertit terga Parenti,*  
Ac totas secum seduxit in otia mentes.

*Fatidicum Vatem spernens, mandata loquentem*  
*Divina, & stolido cultu Regem revocantem,*

2. Quæ precibus Vatis morbo est exempta recenti,

1. Prendere nitentem manus ipsi exaruit ultro:

Interea jactas inter discordia gentes (b

*Ifacidum exoritur, concurrunt undique totis*  
*Viribus oppositi, servus furor arma ministrat, [c*  
*Telorum effusus glomeratur in aëre nimbis*  
*Millia quingenta, Hieroboami, viribus arctis*  
*Juda strata manu, fortis domus ipsa ruinam*  
Assumit genitrix, gnatus Rex morte perempti.  
*Ac Leo discerpit vancem seclerata sequentem*  
*Imperia: & planetus Sichem penetravit ad auras: [d*  
Annos bis denosque duos regnavit in Orbe.

## II. NABATH.

Huic Nabath natus Thirza succedit in Urbe, [e  
*Hieroboæ Patris similis, lucosque colebat,*

Impius

(a 2. Par. 13, 12. (b 3. Reg. 13, 15. 16. 17. [c 2. Par.  
13, 17. 18. [d 3. Reg. 13, 24. (e 3. Reg. 14, 20.

Impius, ac positas fundavit vitibus Aras:  
 Et populum sacrare jubet, peccata Parentis  
 Peccatis cumulans percussus cæde Baase  
 Horribili, tota cum posteritate nefandâ,  
 Præfuit hic populo geminô non amplius annô.

### III. BAASA.

Tumque Baasa subit Regnum, de pulvere surgens  
 Rex infelix, injustus, sævusque cruentus, [a  
 Insidiis Nabath facto per castra tumulti  
 Sustulit, & Regni rapuit successor habenas, [b  
 Delevitque comam sævi radicitus omnem  
 Nabathide, implevitque Abia præfagia Vatis,  
 Ac populum peccare jubet, Dominumque Polorum  
 Ostendit, justos faciens contemnere ritus;  
 Bis denosque duos rex sævus regnat in annos.

### IV. ELLA.

Ellæ satus diadema gerens vestigia patris  
 Pressit, & indomito perfusus tempora Baccho, [c  
 Ebrius interimit Jehu vatemque Prophetam,  
 Vera Dei moderatoris mandata loquentem,  
 Et stolido nemorum cultu Regem revocantem:  
 Quid non ebrietas? quid non vesana libido,  
 Efficiat terris? cunctis alimenta ministrat.  
 Per quod quis peccat, per idem punitur & idem,  
 Quare per Zambri Thirsa jugulatur iniqué,

Cui

[a 3. Reg. 14, 16. 20. 21. [b 2. Par. 12, 13. [c  
 2. Par. 46. 4.

Cui nec progenies, nec parjetibusque Lyrisca  
 Omisus, juxta prædictum Numinis Almi,  
 Hic populum rexit gemino non amplius anno.

### V. ZAMBRI.

Hunc Zambri sequitur, turmæ Præfectus equestris (a  
 Qui in Dominum servus sua telâ rebellia sumsit,  
 Vindicat atque sibi sceptrum Regale, coronam. [b  
 Et Regem letho crudeli sustulit Ellam:  
 Hicce videns Thirzam cinctam obsidionibus Urbem,  
 Nec se posse fugâ certam reperire salutem,  
 Interea petiit sine mente palatia Regis, [c  
 Incenditque Domum, flammis seseque cruentis  
 Ignibus exanimat, cum posteritate futura,  
 Imperium tenuit sepem rex ille dierum.

### VI. AMRI.

Post Amri Thebni socios certamine vincens, (d  
 Rex declaratus votis communibus Urbe,  
 Qui cum regnasset Thirza sex faustus in annos,  
 Samariæ juga persolvit, præcelsa talentis  
 Binis: edificans munitam turribus Urbem,  
 Imperii sedem, quem postea devius error  
 Abstulit, insano sacrando Fana Baali:  
 Sed cum Samariam tenuit sex perfidus annos,  
 Mentem orco, Nomen probro dedit, ossa sepulchro.

### VII.

[a 3. Reg. 16, 9 [b 4. Reg. 16, 31. [c 3. Reg.  
 16, 18 19. 20. (d 3. Reg. 16, 23. 24.



## VII. ACHABUS.

Ante alios omnes surgit *maledictus Achabus* [a  
*Mancipium Satana, Divini Numinis hostis,*  
*Uxoris Jeshabel Sidonia facta sequutus*  
*Impia, conficti conflavit Numina Beli* [b  
*Samaria in media, votivamque addidit Aram,*  
*Collibus in fummis Lucos construxit opacos,*  
*Delirus truncos veneratur poplite flexo,*  
*Abducto populo de cultu Numinis Almi.*

Hisque *Sacerdotes turpes falsosque Prophetas,* [c  
*Innumeros statuit, praecepit thura cremare,*  
*Et Natos rescicare suos, sua pignora flammis*  
*Comburi tremulis, devota mente Molocho.*

Ense, rota, ponto, *Divinos* inde *Prophetas,*  
 Gestantes ævi præcordia saga futuri,  
*Sedibus è Patriis tolli, vel carcere tetro,*  
 Funibus oblongis vinctos, torquere per horas.

Rege fero, centum Vates fervavit, *Achabo,*  
*Abdias justos Divinos atque Prophetas, (d*  
*Solis inaccessis radiis, piceisque cavernis,*  
*Ædibus è propriis cunctis alimenta ministrans,*  
*Quos Jeshabel voluit furibundâ falce necare. [e*

Istis temporibus *Thesbites Numine plenus,*  
 Congregare jubet mandato *Regis Achabi,*  
 In collem *Carmel,* spatiosum fronde micantem,  
 Octingentos & quinquaginta *Prophetas,*  
 Injustos, falsos, tumidos pingvedine ventris,

Ignavos

[a 3. Reg. 16, 29, 30. cap. 22. 41. [b 4. Reg. 1, 2. 9.  
 10. [c 3. Reg. 18, 29. 30. (d 3. Reg. 18. [e 3. Reg. 18.

Ignavos fucos, fruges consumere natos.  
 Distribuitque boves, ut victima fiat utrinque  
*Victima grata Deo, vel victima grata Baali,*  
 Sacrificare jubet primum simulachra profanos,  
 Et sine *Vulcano* pecudes offerre *Baali,*  
 Ut cernant cuncti quid poscit *Numinis Ara.*

Ecce Sacerdotes, populus, plebs infima, clamant  
 Adfer opem miseris, *Deus optime maxime Beli,*  
 Ac celeres flammis mittas consumere Sacra,  
 Ut videant gentes, tua fortia facta per Orbem.

Acclamare jubet *Thesbites* vocibus altis,  
 Et resonare feras iterum per compita voces,  
 Distractum curis, spatiis festumque *Baalem,*  
 Atque soporiferum vino, mustoque sepultum,  
 Ad vitam revocare gravem, dum tempora poscunt.

Moxque Sacerdotes rursum, plebs infima clamant,  
*Ferte Dii flammis, ignes demittite cœlo,*  
 Victima nam vobis per nos est Sacra parata:  
 Tempus adest, pressis tandem succurrite rebus,  
 Ne nos ira gravis, *Thesbites* fulgura, perdant.

*Conticuere Dii vani, & simulachra profana,*  
 Aurea queis facies, vultum simulantia vivum,  
 Marmoris & species, ærisque, eborisque venusti,  
 Auxiliumque suis Mystis adferre recusant,  
 Flammis ferre nolunt, non possunt scandere colles.

Interea vultum scindunt, & sanguine largo  
 Conspergunt Vates terram, trepidantibus ausis:  
*O Beli, Beli, clamant de poplite flexo:*  
 Et rursus reboant, *Beli miserere Ministris,*

Ure

Ure, feca flammis, *tua Victimam* namque parata est.

Sed nihil obtentum, trunci succurere nolunt,  
Nam pedibus vastis non possunt carpere gressus,  
Nec manibus panis pressis adferre salutem,  
Auribus affixis recusant audire boatus,  
Ore nec ambrosio dulces præstare loquelas.

*Elias tandem Thesbites* fundere iussit  
Flumineos latices, ad mystica Sacra subindè,  
Ut videant cuncti quid poscit *Numinis Ara* :  
Et flexis genibus Supremum Numen adorat,  
*O Pater omnipotens, Cæli, terræque Monarcha,*  
*Qui regis immensam justò moderamine molem,*  
*Quique moves nostros per tot miracula sensus,*  
*Adfer opem!* flammis libamina adurito nostra,  
*Nam tua res agitur, tua gloria queritur Orbe.*

Mox Vulcanus adest, cœlo demissus aperto,  
Infima summa petit post intima tota pererrat,  
Flumineos latices siccatur, terramque perurit ;  
Prodigiò tantò populus, Rex, atque Senatus,  
Admoniti horrendis monstris servire recusant,  
*Agnoscent omnes cæli, terræque Monarcham.*

Tolle Sacerdotes, populus, plebs infima clamat,  
Injustos, falsos, tumidos pinguedine Ventris,  
Ignavos fucos, homines deludere natos :  
Tolle reos sceleris communi voce Senatus,  
Ense, rotà, pontò, pedibus, manibusque ligatos  
Obtrunca, & justas poscas cum sanguine poenas.

Postea *Thesbites* cælesti Numine plenus, [a

[a 4. Reg. 18, v. 40. seq.

Octin.

Octingentos & quinquaginta Ministros  
Infauti *Beli*, communi voce Senatùs,  
Vinclis constrictos, turbà comitantè venustà,  
Ad flumen *Cison* deductos, enecat omnes:  
Exitus iste fuit Vatum, cum funere mœsto.

*Elias fugiens Thesbites* ad loca tuta, [a  
*Cum lachrymis querulatur se solum esse relictum :*  
*Sed tamen ipse Deus sibi septem millia servat,*  
*Verorum cultorum,* quos tegit atque gubernat.

*Hic quoque Vaticinè prædixit mortis alumnam* [b  
Cœlum conclusum tres annos, non pluvia ulla,  
Ac desiverunt amnes, siccatusque perussit  
Herbarum species ardor, ferventibus agris:  
Expectata seges, vanis exarsit aristis,  
Et limosa palus subduxit pascua juncò,  
Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.

Inde minas fugiens *Iesabelis*, sedit in antris, [c  
Quem mandante Deo corvi pavere ministri,  
Nec non humanis Cereali, carnibus aptis.

Post *Ductore Deo Thesbites* usque *Sareptam*  
*Descendit, viduæque alimentis* tempore longo  
*Sustentatur*, cui nec adorea, paucaque farina [d  
Defecit: *Natum dilectum, morte peremptum*  
*Ad vitam revocavit,* restituitque parenti:  
Supplicibus precibus Cœlum referavit opertum. [e

Hinc rapitur rabidis furiarum percita telis [f

E

Tur-

(a 3. Reg. 19, 3. (b 3. Reg. 17, 1. 2. 3. (c 3. Reg. 17, 3.  
6. 7. 8. (d 3. Reg. 17, 9, 17. 18. 19. (e 3. Reg. 18, 45. (f 3.  
Reg. 19, 1. 2. 3. 4.

Turpis anus, fucos pingens *Jesabela* feniles (a  
 Heu quibus insidiis, qua vult circumdare Vatem  
 Divinum arte? doloque scelestò tollere vita?  
 Hinc timor, hincque tremor, Thesbites magnus Elias,  
 Devia concursu sequitur regione paterna  
*Excedit, petit ut faciat finem ipse Jehova*  
*Vitæ arumnosa, donec sopor occupat artus.*

*Siderea missus Thesbiti nuncius Arce,*  
*Suppositum cineri panem fert, excitat alto* (b  
*Somno, præscribit, comedat bis regione remotum*  
 Callem instare sibi, ad montes florentis Horebi,  
 Noctes atque dies nil tum comedensque bibensque,  
 Per quadraginta, colles conscendit opacos.

*Benhadad sævam, magno discrimine cædem*(c  
 Arma Syrus contra, frendens suscepit *Achabum,*  
 Atrox certamen multo cum sanguine surgit,  
 Plurima perque vias sternuntur corpora passim,  
 Occubere Syri præstantes millia centum, (d  
*Enhadad* captus, dimissus, fœdera pangit.

Mox *Jesabela* dolis versutis, fraude maligna (e  
 Pampineos colles & amictos palmitis montes  
 Eripuit: *Nabothum* qui sine crimine vitam  
 Instituit, lapidum sepeliri mole cœgit.

Fœdera jam tandem firmatæ pacis *Achabus* (f  
*Rupit & arma cruenta capit, consortia jungit*  
 Cum *Solyma* sceptris, concurrunt undique totis

Viribus

(a 4. Reg. 1, 10. seq. (b 3. Reg. 19, 5. 6. (c 3. Reg. 20,  
 1. 2. 3. (d 3. Reg. 20, 29. 30. 31. (e 3. Reg. 21, 7. 8. 9.  
 (f 3. Reg. 22, 34. 35.

Viribus, & Syrios contra certamina belli  
*Infaufti miscent, mox glande peremptus Achabus*  
*Impius occubuit, Numen Cœlestæ perofus: (a*  
*Samariam* vectus tumulo post ponitur imo  
 Annos bis denosque duos regnavit in Urbe.

## VIII. OCHOSIAS.

*Ochosias sequitur nequam, Patris impius heres, (b*  
 Omnia *Nabathide* similis, mentemque fideinque: (c  
 Hic tecto delapsus ab alto, vulnere fœdo  
 Accepto, celeres servos amandat ad *Aras*  
*Nabathidum*, inquirant saniem, cordisque salutem,

Queis veniens *Vates Thesbites, nunciat* ultro (d  
 Quod tempit Superos, Superiorum Sancta Statuta,  
*Cessurum Regem Fatis*, nec vivere vitam:  
 Nam perit ante diem qui Numina vana salutat.

*Iratu* servos misit Rex *prendere Vatem*  
*Eliam*, quos cœlius ignis præpete cursu,  
 Bis quinquagenos, cum principibusque duobus,  
*Ignivomis flammis combussit*, perdidit omnes,  
*Facta Dei Summi cunctis manifesta revelans.*

Postea *Thesbites Vates*, pietate coruscus, (e  
*Ignivomo curru* vectus super *Æthera Cœli:*  
*Ochosias* turgens mala bestia, venter inanis,  
*Sanguinis & sitiens, stygias transvectus ad undas,*  
 Annis *Samariæ Regnum* tenuitque duobus.

E 2

IX. JO-

(a 3. Reg. 22, 34. 35. (b 3. Reg. 22, 41. (c 4. Reg. 1, 2. (d  
 4. Reg. 1, 4. 5. 6. 7. 8. 10. seq. (e 4. Reg. 2, 11. 12. 13.

## IX. JORAS.

*Joras Ochosie frater regnavit in Urbe, (a)*  
 Hoc uno melior sceleratus natus Achabo,  
 Quod Beli grandes subvertens igne Colossos:  
 At vitulis in Dan & Bethel vota lacrare  
 Mandarat populo sancto, impia thura libare.

Hic quoque Moabitas prostravit Marte rebelles,  
 Cum teneros ovium foetus conferre negarent (b)  
 Amplius, & pecoris nollent perfolvere lanas,  
 Et socios fidos violentus ad arma cœgit,  
 Dum cupidus pugnae, sævos ascendit in hostes.

*Jamque siti moriens, subitas trepidare per auras*  
 Vidit aquas, gelidis follisque repletier undis, (c)  
 Absque sono venti, pluviarum motibus absque,  
 Quando preces sapiens Eliseus fudit ab ore,  
 Militiaque favens, animis spes addidit amplas.

Sed Joram fœdus, Vatis sectator iniquus, (d)  
 Iratusque ferox, sceleratus Numina ficta  
 Dum veneratur iners Divinos addit honores,  
 Confurgit Jebu spiculo transverberat ipsum,  
 Precipitare jubet currus Jesabelis in agrum,  
 Et matrem Jesabel, quæ vates sanguine pleno, (e)  
 Robore persequitur mox precipitare fenestra  
 Jussit, quadrupedum pedibus calcare recurvis,  
 Mordacesque canes corpus discerpere campis,  
 Funditus atque Domum totam subvertere Regis:

Sic

(a 4. Reg. 3, 16. 17. 18. (b 4. Reg. 3, 23. 24. (c 4. Reg. 3,  
 17. 18. (d 4. Reg. 9, 24. (e 4. Reg. 9, 33. cap. 10, 28. 29.

*Sic DEUS iratus punit peccata parentum,  
 Subvertens Natos cum posteritate remota.*

## X. JEHU.

Tumque Jehu regnans, servos jugulare Baalis (a)  
 Imperat in Fano, simulachra profana coruscis  
 Exurit flammis, latrinam condere fœdam  
 Precepit è Luco: Vitulorum Numinis instar  
 In Dan & Bethel cultum sancivit, honorat.

Denique non fontes paulatim ledere cives  
 Capit, & in Patrii grassari viscera catus:  
 Quo rerum magno successu inflatus in Urbe,  
 Impia bella gerit Syriorum sede potentem (b)  
 Terribilis sævam, nullo discrimine cadem  
 Sulcit, atque ciet subito truce morte peremptus,  
 Samariam rexit Ductor septem quater annos.

## XI. JOACHUS.

Joachus sequitur soboles spes blanda Parentis, (c)  
 Impius & demens statuas Lucosque sequutus, (d)  
 Nabathidæ similis cultum, similisque furorem:  
 Hunc Hasael, Benhad, Syriorum regna tenentes  
 Congressu sævo fundunt, & crimina pensant,  
 Samariam tenuit septemque decemque per annos.

## XII. JOAS.

Progenies formosa Joas, sed turpibus actis (e)

E 3

Fædæ

(a 4. Reg. 10, 25. seq. (b 4. Reg. 10, 32. 33. 34. 35. (c  
 4. Reg. 10, 25. 26. (d 2. Par. 21, 18. 34. (e 4. Reg. 13, 10. 12.

*Fœdavit vitam, Patrum vestigia sectans,  
Quem recto Isaida gentis de tramite vite (a  
Impia Nabathida flexit contagio Regis.*

*Amasam regem Jude certamine vicit,  
Et captum Solymam deducit, mœnia firma  
Dissipat, exspoliatque Domum prædivite cornu:  
Et regis natos Proceres, lectosque ministros,  
Samaritanæ tollit vinctos, ad carceris antra.  
Et Syria cadit Benhadad sicque triumphat, (b  
Felix amplificat Regni monumenta per Orbem,  
Reprimit infaustos Moabitas atque latrones,  
Azabelem invictum superat, capit oppida rapta:  
Hostilis terror, populi servator in armis,  
Præfuit imperio Princeps quater & quater annos:  
Samaritæ corpus monumento traditur imo.*

### XIII. HIEROBOAM.

*Hieroboam scelus infandum comiatur Achabum,  
Dum vitulos auri colit, & prostratus adorat, (c  
Amplificat delicta Patrum, cultusque profanos,  
Samaritæ Regni metas protendit & auget,  
Urbem Damascum capit, hostes comprimit armis,  
Dum tellus concussa tremit montesque vacillant.*

*Sed parasitorum turbæ dum fidit iniquæ,  
Provocat in Patriam Divini Numinis iram;  
Fatis concedit tumulo tumulatur Avito,  
Annis quinquaginta unum regnavit in Urbe.*

(a 2. Par. 23, 24. (b 4. Reg. 14, 12, 25, (c 4. Reg. 13, cap.  
14, 24, 26, 27, 29.

*Istis*

*Istis temporibus junctos discordia fratres  
Perdidit, arma strepant in viscera propria gentis,  
Non Reges aliqui populo annos per duodenos,  
Non aderant Regni Ductores Marte potentes,  
Tempora nec sub sex Ducibus meliora fuere;  
Omnia nam nutrit concors Concordia terris,  
Dissipat ast contra discordia Regna per Orbem.*

### XIV. ZACHARIAS.

*Zacharias surgens, terrestria Numina querens, (a  
Omnia contemnens cæcâ caligine mentis,  
Incidit in casses, quas tenderat ille ministris.*

### XV. SALLUM.

*Hunc contra Sallum confurgens enecat armis, (b  
Et Regnum rapit astutus. Scelerata potestas,  
Tempore non longo duravit: Sed cito nata,  
Exaret citò.*

### XVI. MANAHEM.

*Namque Manahem, Gade propago, (c  
De Thirzâ Sallum percussit, sustulit omnes  
Natorum natos, prægnantes & scidit ense  
Sanguineo partus, rapiendo Regia sceptrâ,  
Portoriis rigidis populum exhaustitque tributis.*

*Hic quoque sectatus terrestria ficta Deorum (d  
Numina, nec gentem retraxit thura ferentem:*

E 4

Affy-

(a 4. Reg. 15, 8, 9, 10. (b 4. Reg. 15, 13, 14, 15. (c 4. Reg.  
1, 15, 16, 17. (d 4. Reg. 18, 18, 19.

Assyriorum igitur surgit Phul Marte nefando,  
Pugnantes equitum turmas, peditumque catervas  
Adduxit numerosas, & stetit agmine apertò.

Inde *Manabem* contremuit Rex, *mille talenta* (a)  
Occursum veniens *de gazis accipit, offert,*  
*Horrendo exemplo priscorum, datque tributa,*  
*Samarie* imperium tenuit bis quinque per annos.

## XVII. PHACEIAS.

*Phaceias gnatus fœdati Numina Beli,* [b  
Moribus elatis foboles dignissima patre,  
*Et nemorum sequitur cultum,* mandata Satorum  
Præcipiens populo.

## XVIII. PEKACH.

*Ductor consurgit in ipsum* (c  
*Samarie Pekach Regionis, Regia tecta*  
*Conscendit, socios omnes necat atterit armis*  
*Regnantem* : Regnum rapit astu, fraude gubernat,  
Impia sectatus nemorum quoque semina cultus,  
*Cumque superbificis turget successibus, ultro*  
*Jotbamo Regi Judæ infert prælia fœda,*  
Opprimit & centum Viginti millia telis,  
Et sexum muliebrem aufert ad carceris antra.

Victorem monuit regem & pervasit *Obedus,*  
Solveret ut pedibus vinctos de carcere fœdo :  
Admonitis paruit communi voce Senatus,  
Carceribus solvit, nudos vestivit, & ægros (d  
Curavit,

[a 4. Reg. 15, 20. 21. (b 4. Reg. 15, 22. 23. 25. (c 4. Reg.  
15, 29. 30. (d 4. Reg. 15, 30. seq.

Curavit, peregrinis contulit aurea dona,  
Et patiens cunctis animum, mentemque benignam,  
Ostendit, lassos jumentis tollere jussit.

*Regnantem Syria Rasi* sibi fœdere jungens,  
*Vincitur Assyrius Tiglathphalassaris armis,*  
Et Regi & populo imponit portoria, census, (a  
*Nephtalique Tribum* simul arripit, atque triumphat,  
*Hic* quoque fraude perit.

## XIX. HOSEAS.

Tandem succedit *Hoseas* [b  
*Filius Ele crudelis,* reverenter habendo  
Crimina Primatum : nam *Pekach* sustulit astu,  
Et rapuit Regnum violenter, fraude scelestæ :  
*Assyrio Regi se reddere posse negabat*  
*Impositum populo vectigal,* dura tributa.

Quare sollicitat gentes ad flumina Nili,  
Auxiliumque rogat, miseris solatia præstent,  
*Proditus insidiis. Tunc Magnum Numen Olympi,*  
Cujus ab obrutu tellus commota tremescit,  
*Assyrium vulgus jaculatur, perfida facta*  
*Vindicat,* & circumdans mox annis tribus *Urbem,*  
*Expugnant, Regem constrictum, carcere clausum,*  
*Solvere vectigal compellit,* dissipat atque (c  
*Israel populum durum deducit Hialam*  
*Assyriorum,* compensans malefacta parentum.

*Discite Mortales moniti non temnere Numen,*  
Quod

(a 4. Reg. 15, 30. (b 4. Reg. 12, 1. 4. 5. 6. 7. (c 4.  
Reg. 17, 7. 8.

Quod *mare*, quod *terram*, quod *Cælum lumine com-  
plet*,

Quod fera terribili jaculatur fulmina Dextra!

*Samaria Regnum duravit secula bina,  
Quadraginta annosque duos & mensibus actis  
Septenis, totidem pronas noctesque, diesque.*

CORONIS

SANCTUS,

SANCTUS, SANCTUS

EST SANCTUS DOMINUS PATER, ET

SANCTUS GENITORIS

ÆTERNUS GNATUS, SANCTUS QUOQUE

SPIRITUS ALMUS,

TRINUNUS DEUS EST SANCTUS,

VENERANDA POTESTAS.

SOLUS ADORANDUS,

PESSUNDAT NUMINA FICTA.

FINIS LIBRI SECUNDI.



HEROI-

HEROICORUM  
SACRORUM

LIBER III.

REDITUM IN TERRAM PA-  
LÆSTINAM E CAPTIVITATE BABYLO-  
NICA POPULI JUDAICI, DUCUM, DYNA-  
STARUM, ETHNARCHARUM, PONTIFICUM,  
REGUM ASMONÆORUM, HERODIANO-  
RUM ACTA & FACTA, USQUE AD EVERSIO-  
NEM SECUNDAM HIEROSOLYMORUM,  
ET TOTIUS POLITIÆ JUDAICÆ ABRO-  
GATIONEM, PER TITUM VESPA-  
SIANUM, COMPLECTENS.

Ad Lectorem.

Ludit in humanis Divina potentia rebus,  
Præsentemque sibi vix habet hora diem.  
Nam DEUS omnipotens, qui nutu cuncta gubernat,  
Dirigit ipse Solum, dirigit atque Salum.  
Imperium transfert propter malefacta regentum,  
Et Proceres regni concutit ipse feros.

Depor-

Deportat populos duros *Babylonis* ad oras,  
 Exilio ut doceat quid sit amare *Deum*.  
 Adversos casus plorent, *Patriæque ruinas*,  
 Ut possent cunctis *Fata* referre suis.  
 Post annos decies septem *Babylonis* ex oris,  
 Per *Cyrum* populum iussit adire domum.  
 Post varios casus, post tot discrimina rerum  
 Vexatos, discant quid ferat exilium?  
 Exilium postquam multos prostravit iniquos,  
 Complevit tumulis tunc *Babylonis* humum.  
 Ut sua facta canant, sua dulcia iussa propinent,  
 Quo maneat vacuus nullus in Urbe locus.  
*Quanta Dei bonitas infirmos suscipit ultrò?*  
 Et iussit *Salymis* ædificare casas.  
*Augustum Templum* formare in monte *Moria*,  
 Continuis flammis thura litare focus.  
 Ut possent nati magnalia *Diva* referre,  
 Noctes atque dies concelebrare *Deum*.  
 Plura videre licet scriptis hinc inde refertis,  
 Quid rerum ad vitam conferat usus opem.  
 Tu modò mi *LECTOR* munus de munere *Sacro*  
 Accipito placidè, quod tibi *Musa* tulit.  
 Et nostros *Virtute tuâ defende labores*,  
 Qui tibi sacra sunt ratione tui.  
 Hi tibi si placeant, ut spes est magna, fatebor,  
 Jam mea quæ voluit littora puppis habet.  
*Zoile* si nihil est quo jam tua viscera pascas,  
 Nostra dabunt stomacho pabula scripta tuo.  
 Incipe rodendo, nec rodere desine, donec  
 Dente tuo rosor, rasor & osor eris.

Plan-

## PLANCTUS POPULI JUDAICI EX PSALMO

SECUNDUM HEBRAICUM Textum CXXXVII,  
 ET LATINAM VERSIONEM CXXXVI.

Super Flumina *Babylonis*, illic sedimus  
 & flevimus &c.

Ad tumidas *Euphratis* aquas, *Babylonis* in oris  
 Sedimus, *Abramidum* longavi nobile germen,  
 Sedimus & quoties *Sionis* imago subibat,  
 Flevimus in lachrymis vitam consumsimus omnes.

Illic ad salicum suspendimus *Organa nostra*,  
*Organa* laudati *Divini conscia Verbi*:  
 Nos tamen hostis atrox in summo angore jubebat,  
 Pfallere festivis mensuris carmina ficta:  
 Eja *Palastinas* hymnis animate choreas  
 Et *Patriæ laudes Domino* nunc dicite cuncti.

Ab *Patrium laudare Deum* quæis possumus agro  
*Extorres Patrio*, quos barbarus hostis habebat?  
*O Solyme* si cura tui de pectore migrat,  
 Attonito stupeat mea tandem dextra rigore,  
 Hæreat exsanguis Cælo mea lingua palato,  
 Inque animo inque oculis mihi ni Tu tota sederes:  
 Si non te propter totis exulto medullis  
 Fiant: nec capiti juvenili deprecor ista,  
 Ne *sanna istius DEUS obliviscere*, quam nos  
 Rosit in excidiisque *Edomites* tempore durò,  
 Clamando ex inis age vertite, vertite fundis

Cum-



Cumq; Deo Templū atq; Domos Dominosq; potentes.

O Babylon infesta, Deus bene prosperet illi,  
Qui feret ultrices digitos tandem in tua fata?  
Qui pueris dulci gentricis ab ubere raptis,  
Lactua petrosoque solo tunc conteret ossa.

**SOLUTIO CAPTIVITATIS BABYLONICÆ  
ET MONARCHIARUM IV. DESCRIPTIO,  
EX DANIELE PROPHETA.**

Dum decies septem populus Babylone per annos  
Vixisset mæstus, contractæ nubila frontis (a  
Tristita signa gerit, squalent hic omnia luctu,  
Atque viros multos tali mœrore sepultos, (b  
Attonitæ Matres cernunt, juvenesque, senesque, (c  
Et passim natas, natos puerilibus annis,  
Occubuisse suos miro discrimine terris,  
Clamor it ad cælum, cælum rumoribus implet.

Cunctipotens tandem qui nutu cuncta gubernat, (d  
A quo perpetua consurgit fons bonitatis,  
Qui facit & reficit, qui destruit atque gubernat,  
Rex Regum valido qui perdomat omnia sceptro,  
Cui mare, cui tellus, cui Cælum paret & Æther, (e  
Respexit populum populi moderatur habenas,  
Assyrium vulgus perdit, Regnumque per Orbem (f  
In Persas transfert: Læræ Babylonica lustra (g  
Antiquæ

(a 1. Paral. 20, 21. (b Dan. 9, 24. (c Jer. 25, 11.  
(d Attributa Dei. (e 2. Paral. 26, 21. (f Esaj. 44, 28,  
cap. 45, 11. (g Jer. 21, 1. seq. cap. 25, 12.

Antiquæ expugnant, occato quo ruat ipsa (a  
De folio: quod Jeremias prædixerat olim, (b  
Ezechiel pariter, magnus Danielque Propheta.

Magnanimus Cyrus, multa bonitate coruscus, (\*  
Qui longo domuit tumido certamine Crasum,  
Compedibus solvit populum ditavit et auxit, (c  
Et Jude gentem Solimæa ad tecta remittit. (\*\*  
Ædificare domos antiquas jussit in Urbe,  
Atque Palestini miseretur rudera Templi,  
Instauratque suo sumptu deperdita Sacra,  
Aurea vasa Domus Solymam transmittit in Ædes. (d

Præfectis Syriæ sancte mandavit ut adsint, (e  
Curent augusti deperdita marmora Templi,  
Squalida quæ longo jacuerunt tempore terris. (f  
Instituit Reges Daniel, sprevitque Leones, (g  
Hoc pius, hoc sapiens, hoc nemo vixit in Aula,  
Numine vatidico plenus, prædixit ubique,  
Imperiis Regnisque ad finem Singula Mundi  
In Statua grandi, sevisque animalibus istis.

In Statua Caput auratum tua sceptrâ figillat (\*\*\*)  
Rex Regum Nabuchadnezar, Tu maxime terris, (h  
Et Leo de saisis ac amaris fluctibus Orbis, (i  
Remigio alarum consurgens, vectus in auras,  
Arboris

(a Ezech. 13, 14. (b Dan. 9, 24, (\* Cyrus Sacris vocatur Corefeh. (c Esaj. 44, 28. cap. 45, 1. (\*\* Vulgatus vertit Cyrus. Calvisius ad Annum Mundi 3421.  
(d 2. Par. 26, 25. (e Esaj. 1, 3. 7. cap. 6, 3. 4. (f Esd. 3, 7. (g Dan. 2, 46. cap. 4, 16. cap. 5, 18. (\*\*\*) Monarchia prima. (h Dan. 2, 1. (i Dan. 7, 4.

*Arboris & Magna germen, ramisque venusti (a*  
*Succidui truncus, conspersus rore cadente (b*  
*Cœlitus in terris per septem tempora, signat*  
*Te Regno pulsum Solioque nitente remotum.*

Humanos extra coctus abjectus agrestem, (\*  
 Ad pastum totos septenos jugiter annos,  
 Te focium reddes brutis animantibus inter  
 Hæc capies viridem mensis communibus escam,  
 Ac rigida toto consurgent pectore setæ:  
*Donec Cor hominis reddetur cœlitus Axe, (c*  
*Ut Domino Magno Cœli, terræque Monarchæ,*  
*Decantes sapiens, ac lætus carmine laudes.*

*Balthasdræ paries fatum crudelè minatur,*  
*Ætheria describens illi mystica verba:*  
 Dum celebrat magno Patriæ convivia luxu,  
 Et iussit Templi calices, ad fercula Sacros, (d  
*Aurea vasa simul Solymæ deferre parata:*  
 Sæpius ac plenis humectat labra culullis,  
 Nocte sub obicura scortis immixtus iniquis,  
 Proxima dum miserum mors funere merfit acerbò,  
 Hæc Nabuchadnesari & vobis prædixerat ipse.

*Argento pectus fulgens, dat Persica Regna, (\*\**  
 Quod tardum & crudum rectè sibi comparat *Ursum*  
*Carnivorum, triplicatis dentibus, ore minaci: (e*  
 Trux

(a Dan. 4, 1. ad 15. (b Dan. 4, 29. ad 32. (\* Ne-  
 buchadnezar in bestiam mutatus (c Dan. 4, 24. ad 32.  
 (d Dan. 5, 1. ad 29. (\*\* Monarchia secunda (e Dan. 2,  
 32. ad 39.

*Trux Aries præcelsa gerens duo Cornua terris, (a*  
*Istis exagitant Occasum, Meridiemque, (b*  
 Et *Boream* rigidum, *pestundans* omnia circum.

*Æneus & Venter Macedonia castra revelat, (\**  
*Roboris & fama Grajos doctæque loquelæ,*  
*Pardus & immitis, maculosus quattuor alis, (c*  
 Et *Capitum totidem,* signat quoque *Dorica Regna,*  
*Hircus caprarum saliens de montibus altis, (d*  
*Solis ob occasu veniens, Babylonica Regna*  
*Arjete percusso Cornu ferit omnia circum.*

*Ferratis pedibus, limosisque assimilatur (\*\**  
*Romulidum Imperium, mirò discrimine gestum, (c*  
*Bestia terribilis, fortis, mirandaque Visu,*  
*Magnos ferratos dentes, & Cornua gestans*  
 Inde *decem, comedens, depascens omnia circum, (f*  
 Et *pedibus firmis conculcans Regna per Orbem.*

Post docuit *Daniel Vates,* verusque *Propheta,*  
*Christus ut in Templo structo spectabitur amplo, (g*  
*Filius ille Dei, natus pro crimine Mundi,*  
 Et passus tristes cruciatus, dira barathri  
 Vulnera, conflictus, colaphos, & scandala, mortem,  
 Cœlo præcipites ut conciliaret Olympo.

*Oppositum Christo venturum, annunciat Orbi, (\**  
 Et tumidam nodis cum fulva cortice *Lernam,*  
 E medio tollit subito *Babylonis* in antris:

F

Atque

(a Dan. 7, 5. (b Dan. 8, 3. 4. 5. 6. (\* Monarchia  
 Tertia. (c Dan. 7, 22. ad 39. (d Dan. 8, 5. 6. 7. 8. 9.  
 (\*\* Monarchia quarta. (e Dan. 2, 32. ad 44. (f Dan.  
 7, 7. & seq. (g Dan. 9. 24. ad 27. (\* Antichristus.

Atque *sacerdotum* fraudes, technasque, *dolosque*, (a)  
*Consilio arcano Regi manifestat* amico.

Insignes pueros *Sidrach, Misach, Abdenagoque*,  
 Fictitium qui discipiunt coluisse Colossum, (\*)

Injectos vivos rapidi fornacibus ignis, (b)  
*In mediis flammis intactos servat* in antro,  
*Cunctipotens Dominus*, cingens custodibus *Almis*,  
 Quos *Nabuchadonosor* tumidus concluderat igni.

Non gladius, non ignis edax, non flamma, nec hostis,  
 Non pelagus, non ather, non genus acre Leonum, [\*?]  
 Terribilesque minæ, non formidabile lumen, (c)  
 Non cæcus carcer, non devia mille pericla,  
*Hunc poterant justum revocare à Numine verò*,  
 Carcere *Darius* quem clauferat *Ore Leonum*.

*Cyrus* ut ingenio placidus, sic *maximus* audit  
*Imperii Princeps*, numerofo milite, telis,  
 Solus *Chaldeis* pugnis dominator in oris,  
*Euphratem, Tigrim*, spumantes fangvine vidit,  
*Principium Imperii dat Persis*, dat quoque scepra,  
 Innumeras gentes felix prostravit agrestes:  
 Quem juvenem *Daniel* sapiens in *Perside Doctor*,  
 In *Sufis* docuit, *Numen cognoscere Verum*.

Denique dum *Scythicum* injusto conamine bellum  
*Suscipit infelix*, devicit sapè cohortes: (\*\*\*)  
 Donec ad angustos aditus deductus & antra,

Undi-

(a Dan. II, 38. (\*) Tres pueri ab igne servantur.  
 (b Dan. 3, 12. 23. seq. (\*\* Constantia Danielis, (c Dan.  
 6, 2. ad 23. (\*\*\*) Calvisius ad A. M. 3421. (\*\*\*)  
 Quamvis Diodorus scribat ipsum crucifixum fuisse.

Undique conclusus robusto milite circum,  
*Quem victum Scythica gentes* necuere feroces,  
 Et caput infaustum gladio secuere minaci:  
*Sanguine quod plenum Tomyris demisit in utrem*,  
*Quemque sitisti*, inquit, *tu labra cruore rigato*:  
 Millia ducentum cernens prostrata suorum,  
 Regni tres decies annos moderatur habenas.

DESCRIPTIO POPULI ISRAELITICI  
 IN INGRESSU IN TERRAM  
 PALÆSTINAM.

*SESBASAR* alterius ponit fundamina *Templi*.

Enodatio.

Dumque *Palæstina* calcaffet limina terræ  
 Dilectus populus, *Solyma* deperdita tecta  
 Instaurat, manibus subvolvens grandia faxa,  
 Edificatque Domos, Turres, Arcesque per Urbem,  
 Invidiosa nimis sublimia moenia firmat.

*Sesbasar* alterius ponit fundamina *Templi*, (\*)  
 Exornatque modis variis insignia Sacra,  
*Aurea vasa simul tandem transportat in Aedes*; (a)  
 Exequitur *Cyri* mandatum, tramite rectò,  
 Impiger urget opus sacrum, noctesque, diesque,  
 Sic bonus & felix populi moderatur habenas.

Impius ac demens *Cambyfes* *Perside surgit*, (\*\*)  
 Degener hic gnatus, Patris successor iniquus,

F 2

Qui

(\*) Hic fuit *Cyri* Aulæ Præfectus. (a *Esd.* cap. 8.  
 (\*\* Calvisius A. M. 3437:

Qui fratrem necuit charum, duxitque sororem, (\*  
Et gravidæ jugulum sævo mucrone resolvit,  
Expletus dapibus, somnò, vinoque sepultus.

Is Patre defuncto, *Nilotica Regna petiit,*  
*Atque Palaestina gentem sacrare Jehovæ*  
*Exclusit, Templi Solymorum mœnia strata*  
*Ædificare, ac fatales attollere moles,*  
Haut permisit: devictos populatur inermes,  
*Ægyptumque sibi subjecit & Ostia Nili,*  
*Et Lybicæ gentis Fanum violavit iniquus.*

*Æthiopes* contra dum tristia bella moveret, (\*\*  
Astutus nimium transmittit splendida dona,  
*Queis animos Regni & voluit subvertere Regis:*  
Frangitur invictus telis, *deluditur arte,*  
In mediis campis quem cingunt agmina circum,  
Et metus, & malefvada fames, & turpis egestas.

Perdidit incautus sic millia multa per arva,  
Et *Lybicis totus cumulis consumptus arenis:*  
Post *delapsus equo,* strictim refupinus in enseni (\*  
Concidit, & *fuso conspersit sanguine terram.*

*Filius Hysdaspis Darius,* Marte feroci, (\*\*  
Corporis ingenio *Cambyfis* damna rependit,  
*Contudit Assyrios capta Babylone rebelles,*  
Et dum *Cambyfis Pharias* sibi jungeret arces,  
Interea victor rapit armis *Persica Regna.*

Mox

(\* Cambyfis in Ægyptum expeditio (\*\* Ab Æthio-  
pibus interficitur. (\*\* Populum & se perdit. (\*\* Sacris  
dicitur Artaxerxes & Ahasverus Ester. 4, 19 Hag-  
gæo Darius.

Mox Conforte sua tumida pellente priore,  
*Esteram duxit,* cunctis super Urbe puellis  
Quæ emicuit formâ, cordatæ & acumine mentis, (\*  
*Abihalis gnatham, Judæo sanguine natam.*

*Hæc precibus sacris fufis, verbisque venusis,*  
*Et pietate gravi, Regis devicit amorem,*  
Ut quicquid vellet, rogaret, diceret ipsa,  
Hoc confirmaret fixum *Darius in Aula,*  
*Haman sanguineum,* cum tota posteritate, (a  
Ense, rota, pontò, de mundò tollere iussit.

*Mardocheo* contra *superos adiecit honores,*  
Atque senem sanctum miro discrimine rerum  
Vexatum, populo venerandum Numinis instar  
Purpurea circum velatum veste, coronâ (b  
Præcinctum, *Susis præsentat* in omnibus aris.

*Insidias* multas *Regi detexit,* & acta (c  
*Hamanis* vafri, *sitientis sanguine justò*  
*Isacidum,* turpes socios, simul atque malignos  
Conjuratores, è vivis tollere mandat, (d  
Dum septem decies ac ultra millia perdit,  
Et docuit gentes populi Servator *Jehudæ,*  
*Quid sit amare Deum, quid poscit Numinis ira.*

Felix *Hebrææ* tranquilla dat otia genti, (e  
Ædificare jubet muros, arcesque per *Urbem,*  
*Magnificum Templum* superas perducere ad auras,  
*Impia rescindens Cambyfis* sceptrâ maligni:

F 3

Ingen-

(\* Esteræ descriptio. (a Esth. 7, 10. cap. 9, 6.  
b Esth. 6, 11. cap. 8. (c Esth. 12, 2. 3. seq. (d Esth.  
9, 16. seq. (e Esth. 12, 3. 4. seq.

Ingentes sumptus mittit de divite cornu,  
*Motus amore sui, sincero Conjugis Esther.*

Mandatis missis spatiosum saepe per Orbem,  
*Admonuit gentes, ne turbent Scripta Sacrata,*  
*Et Præcepta Dei, Solyma quæ tradidit illis,*  
*Cunctipotens Dominus, rerum moderator & autor,*  
 Ædificare Domos & celsa palatia Montis.

**ETHNARCHÆ seu TRES DUCES  
 POPULI JUDAICI,  
 E CAPTIVITATE BABYLONICA  
 IN TERRAM PALÆSTINAM  
 DIVERSO TEMPORE  
 CUM MAGNA MULTITUDINE INGRESSI**

Continentur his verbis:

*Zerobabel, Esdras, Nehemias* ultimus audit.

Enodatio.

**I. ZEROBABEL.**

Interruptum opus & Templi fundamina jacti, (a)  
*Zerobabel Princeps* urget plenissimus æqui, (b)  
*Et cineres Solyma* collapsaque mœnia primus (c)  
*Restituit, Cyri placidissima jussa sequutus,*  
*Cambysis Regis præscriptum triste refellit,* (d)  
 Ingentes sumptus confert de divite gaza.

Nec

(a) 1. Par. 3, 19. (b) Efd. 3, 2. (c) Hag. 1, 1. cap.  
 2, 3. (d) Efd. 4, 3. 4. 5. 6.

Nec voluit varias gentesmittere cœptis, (a)  
 Non focios alienigenas ad limina Templi:

*Exponens Regis Cyri mandata benigna,*  
*Jussa verenda Dei Summi, quæ tradidit illis.*

Hinc odium crescit, succrescunt undique flammæ,  
 Criminibus falsis populus proscinditur ultrò, (b)  
*Zerobabel Princeps Cambysi* corde scelesto  
*Defertur, Solyma* turbaret ut acta per *Urbem.*

Hic tamen urget opus Sacrum conamine dextra,  
 Nec moritur dictis, nec frangitur ore petulco, (c)

*Auxiliante Deo cui paret pontus & Æther,*  
*Et regit immensam justo moderamine molem,*  
*Ac Regum mentes varias, animosque gubernat.*

Ad superas *Magnum Templum* deduxerat auras,  
 Ingens, augustum, multis sublime columnis, (d)

*Atque Deo Magno persolvit pectore grates,*  
*Quinquaginta duos Dux justus vixit in annos.*

*Josua Zerobabelem sensu, & rebus agendis,* (e)  
*Adjuvit multis, Sacrato vincetus amore,*

Qui velut *Eos* de cardine stella coruscans,  
 Quæ fugat exactæ tenebrosa crepuscula noctis,  
*Sacrificos inter reliquos ita fulsit in Urbe.*

Contulit & sumptus varios collegit in usus, (f)  
*Magnifici Templi constructi in monte Moria,*  
*Continuas flammæ Sacrorum viscera cujus*  
*Exhibuere foci, solennia thura ferentes,*

E 4

Quis

(a) Efd. 4, 3. 4. ad 12. (b) Efd. 5, 7. seq. (c) Efd.  
 5, 1. (d) Efd. 6, 15. seq. (e) Efd. 3, 2. ad 8. (f)  
 Efd. 3, 2.

*Quis placabatur Cœlestis Numinis ira.*

*Quadragesima annos & sex consumsit in Æde (\*  
Ad superas auras constructâ, Paschaque primus,  
Confluxu populi magno, majore triumpho,  
Nobile festorum Solyma celebravit aperte:  
Darius justus dum sextum regnat in annum.*

*Isti se præbet socium Vatesque Propheta (\*\*  
Haggæus, Templum reparans hortatur ut adsint,  
Ac latis animis imponant denique finem: (a  
In quo venturus Messias conspiciendus  
Miraculis plenus, doctrina clarus in Orbe,  
Filius ille Dei pro Mundi crimine natus.*

*Pacem orans, imòque trahens suspiria corde, [\*  
Hortatur cunctos pravos desvescere mores,  
Dum ratio, tempusque finit: simul ite frequentes,  
Indixit, veniam factis exposcite vestris, (b  
Ite, animos purgate, Orcique inhibete rapinas,  
Et tandem patrio mentem convertite Cælo,  
Ut versi in melius renovatis mentibus ultro,  
Placemus Superum Regem, quem crimine nostro  
Læsinus enormi, furiis accendimus omnes.*

*Nam Dominus Sebaoth, Cæli terræque Monarcha,  
Qui fera terribili jaculatur fulmina dextra  
Et pelagus fugitare jubet, consistere montes, (\*\*  
Subvertet solium Regum gemmisque decorum*

Com.

[\* Josua Pascha primus celebrat Solymæ. (\*\*  
Messias prædicitur venturus. (a Hag. 2, 5. seq. (\*  
Ad pœnitentiã hortatur. (b Hag. 2, 5. seq. (\*\*  
Prædicit everfionem Regnorum.

*Comminuet sceptro, contundet Regna maligna, (a  
Corruet & currus falcatos atque quadrigas.*

*Zacharias Vates sanctus simul atque Propheta (\*  
Haggæi socius, commissa fideliter urget,  
Exstimulans populum dictis, maledicta recenset [b  
Verba Dei magni, ni Templi mœnia curent,  
Condant, ante gravem Supremi Numinis iram. (c*

*Nam veniet Christus Rex Regum vectus a fello,  
Vittrices inter palmas oblatio Summa: (\*\*  
Qui fert ex Juda victorem stirpe Leonem,  
Victoris ô quantus tandem super Orbe futurus,  
Terque decem nummis pretio, pretiosior auro, (d  
Divitiis mundi, thesauris ante ferendus:  
Insons per servum vendetur, vincula dura,  
Et colaphos, pugnos, ludibria, scandala, sputa,  
Consiectusque, crucem, spinas & vulnera, mortem,  
Perferet: Ut miseros pretioso sanguine, vinclo  
Solveret inferni, donaret Cœlica Regna.*

*Sublatâ ut Victor redivivus morte triumphans,  
Discipulos totum salvandum mittet in Orbem, [\*\*\*  
Dans mandata illis cunctis, dans vera loquendi,  
Promittens Sanctum Spirabile Numen ab Alto, (c  
Ascendens sursum, pedibus super Æthera vectus.*

F5

II. ES-

[a Hag. 2, 23. seq. [\* Populum exstimulat. (b Zach.  
9, 9. seq. [c Efd. 5, 1. (\*\* Prædicit Christum ven-  
turum & passurum pro totius Mundi peccatis. (d  
Zach. 9, 9. cap. 11. 12. [\*\*\* Resurrectio Christi.  
Discipulorum missio. [e Zach. 14, 1. seq.

## II. ESDRAS.

*Alter erat Ductor populi è Babylone nefanda*  
*ESDRAS, verbi potens, sacroque salutifer ore* (a)  
 Qui *Mystras* inter summo fulgebat honore, (b)  
*Dario charus, coluit quem Patris ad instar,* [c  
 Cui dedit ingentes sumptus, fulgentia vasa, (d)  
 Et reditus Regni, Domino sacraret ut ipse.

*Hic sparsam gentem corpus coacervat inunum,* (e)  
*Mandatis Regis Darii, cui facta potestas* [f  
 Carcere & exilio, fortunis, denique morte,  
 Quas meruere pati (sic stat sententia) poenas,  
 Qui *praecepta Dei pessundant corde scelesto.*

Hic etiam *Princeps dictæ telluris Hebraeos* (\*)  
 Ductor agens magno circumdatus agmine plebis,  
 Annos dum septem *Darius* regnat in Orbe,  
 Incolumes *Solyma* transfert ad compita terræ, (g)  
 In Temploque palam lætus sollennia Sacra  
 Concelebrat, pecudes multas componit ad Aras  
 Pingves accendit, libamina grata ferentes.

Mox *populo* abstrusa & *Divina oracula Legis* (\*\*)  
*Explicat,* & vigili Musarum corde labore,  
*Instituit Festosque dies & Sabbata sancta,* [h  
*Gentilesque Deos falsos & Numina ficta*  
*Proscripsit Solyma,* cultus vanosque removit.

Stre-

[a 4. Reg. 25. (b 1. Par. 6. (c 1. Efd. 7. (d  
 Nehem. 8, 1. seq. [e 1. Efd. 7. [f Nehem. 8. [\* Ef-  
 dras cum populo Sacra colebat. [g 1. Efd. 8. (\*\*  
 Efdæ facta pia. (h 1. Efd. 8.

Strenuus officii Sancti, *verusque Minister,* [\*  
*Iustitiam coluit,* multâ pietate coruscus,  
 Connubium Sacrum cum gentibus annihilavit, [\*\*  
 Omnibus & factis hominum præscripta Sacra  
 Exponit, populum informans de Numine vero.

*Aggreditur quicquid Sacrorum Codice lecto,* [a  
*Principium rerum, medium, finemque laboris,*  
*Proponit Numen supremum, & semper adorat,*  
 Davidis Psalmis congestis Ordine dextrô.

## III. NEHEMIAS.

*Tertius est Princeps Nebemias, missus in Urbem* (\*\*\*)  
*Imperio Dari, cui tunc manus altera nomen*  
*Longimani dedit,* & sumptus de divite gaza,  
 Spumantis vini dum pocula læta ministrat,  
 Dum Regi magno steterat vigesimus annus.

Hic igitur *populum Solis conquirat in Ortu,* (\*\*\*\*)  
 Per mare, per terras, per aquas *discurrit ad Indos,*  
*Assyrios etiam, & Babylonica Regna revisit,*  
*Solis ad Occasum dispersum congregat,* auget,  
 Donec in immensum crevissent turba benigna,  
 Et *Libani* numerum superassent agmina *Cedri.*

*Esdra post reditum,* ter quinto Principis anno,  
*Ingreditur Solymam Nebemias clarus in Urbem,* (\*\*\*\*)  
 Attonitus moestæ perlustrans mœnia Sedis,

Pect-

[\* Iustitiæ cultor. [\*\* Conjugium prohibet cum  
 gentibus [a 1. Efd. 8. (\*\*\*) Tertius Ductor Nehe-  
 mias. (\*\*\*\* Congregatio populi. [\*\*\* Fletus  
 populi.

Pectora nunc foedat pugnis, nunc ungvibus ora [a  
Dilaniat, *plangitque Lares, & rûdera circum.*

Artifices fidos celebres, rerumque peritos, (b  
Undique conscribit, disponit, condere portas,  
Et reparare jubet, turres attollere, veçtes  
Indere robustos, duos, æternaque ferri  
Ponere vincla, ligamina, pansas claudere valvas.

Postea coctilibus circumdans mœnia faxis (\*  
Urget opus dextre, succrescunt pectore flammæ,  
Hostibus oppositis variis: *populusque Senatus (c*  
*Parsque leves humero pharetras in corpore gestat,*  
*Malleolos contra duos pars altera tractat,*  
Et vigilare jubet Cives, noctesque diesque.

*Hostibus oppositis,* assurgunt mœnia sursum, (\*\*  
Mœnia multiplici vallo, circumdata muro,  
Et fossis altis, profundis, cincta coronâ, [d  
Turribus excellis, fulvoque nitentibus aurò,  
Istis condendis tredecim consumserat annos.

*Mox resonare Deo, meritas, præconia, laudes, [\**  
*Carmina grata novis plenis cantare triumphis,*  
*Nomen ad Astra Dei, festivo tollere plausu,*  
*Sacrificare Aris, pecudesque volantia Cæli, [c*  
*Pingvia succensis imponere viscera flammis*  
*Urere fumantes fragrantia thura per auras,*

Et

[a 2. Efd. 2. [b Nehem. 1, 1. seq. cap. 2, 1. ad 17.  
cap. 3, 1. seq. [\* Vigilantia summa [c Nehem. 1,  
1. seq. cap. 6, 1. seq. (\*\* Civitas erigitur magnifi-  
ca [d 2. Efd. 7, 1. seq. [\* Deo gratias agit & thura  
sacrat [c Efd. 8, 11. seq.

Et pro præstanti persolvere mun. re. rat. s.

Sanctificare DEO præcepit Sabbata Sancta, [\*  
*Festa litare pié, celebrare & tempore lucis,*  
*Annua vota sacri, solennesque ordine pompas, (a*  
*Expediendo suis maclare Altaria donis,*  
Decursis iterum redivivi mensibus anni,  
More litare novo, solennia Festa per Urbem.

Conjugium firmum cum gentibus esse negavit,  
Sustulit illicitas usuras, fœnora gentis,  
Atque interdixit populo certamina falsa, (b  
Pignore constrictos agros grandi ære redemit,  
Restituens illos miseris ullo sine lytro.

Constituit census, decimas sacra vit, & illas (\*\*  
Attribuit Mystis, quibus est permessa potestas  
Sacrandi, hospitium gratum, sociosque penates,  
Musarum sedes varias, mensasque Scholarum,  
Convictus largos construxit, tramite dextro.

*Tunc Patriæ ille Pater Nebemias inclytus audit [\**  
*Auctor & Urbis Amor, Vates, Divinus Apollo (c*  
*Dignus amore Dei Princeps, & dignus honore,*  
*Qui Sacros ignes inventos dedicat Aris:*  
Continuas flammæ Sacrorum viscera Templi  
Servare ut possent, solennia thura ferentes;  
Postquam vixisset centum triginta per annos.

Istis temporibus *Solyne discordia crevit,*  
*Inter Pontifices Nebemiam & culmina Sacra, (d*

Elisa-

(\* Sabbatum constituit & Festa (a 2. Efd. 8, 11.  
12. (b 2; Efd. 9, 2. seq. (\*\* Josephus Lib. XI. An-  
tiquitatum Jud. cap. VIII. (\* Nehemicæ laudes  
(c 2. Maccab. 1, 18. ad 21. (d 2. Efd. 12, 10.



*Elisabus* tandem summus mysteria tractans,  
Turpis, avarus homo, *Tobia* concessit in usus  
Vestibulum Templi, cognato sanguine juncto (a  
Gentili, quo thesauros abscondere posset.

Quem *Princeps* clarus *Nebemias* admonet ultro,  
*Ne faciat bibulam Cauponam*, sordida tecta,  
Nunc prece, nunc stimulis, nunc dictis, nunc maledictis,  
Continuo ut sedem Sacram purgaret & Aras,  
*Proponens illi Divini Numinis iram.*

Dum monitis savis nihil impetrare valebat, (b  
*Accensus* zelo magno pietatis avita,  
*Disturbat Gazam Tobia*, moxque removit  
*Elisabum*, dum thesauros ad pulpita Sacra  
Contulit, & laudes summas Sacravit Jhovæ.

Hinc atrox odium crescit, præcordia turgent, (c  
Concurrunt, socii vafri simul arma ministrant,  
*Semeias Symmysta* vaser, simul atque Sacerdos,  
Occultis technis *Tobia*, fraude scelestâ,  
Multoties *Sanctum Nebemiam* tollere vitâ  
*Discipiunt frustra*: Domino Rectore piorum.

*Quin & Ochus Susis* tunc *Persica* Regna guber-  
nans, (\*)

Inflatus, tumidus, sensu seductus inani,  
Iussa Sacrata Patris spernens, fratresque trucidat,  
Nec non *Primates* truculenta morte peremit,  
*Decretum Solymæ conculcans* corde scelesto.

Urbem turrigeram *Sindonem* divite gazâ

Men-

(a 2. Efd. 13, 9. seq. (b 2. Efd. 13, 13. seq. (c  
2. Efd. 6. 1. seq. (\* *Josephus Flavius* Lib. XVI.  
Cap. VII.

Mentoris hanc Rhodiorum prodicione refertam  
Occupat: Ægypti fines & barbara rura,  
Proventu facili quæ vincunt singula Regna,  
*Fraude capit*, spoliat cives, atque oppida tollit.

Hic primo in *Solymæ* Templum grassatus & Urbem,  
Exeruit vastos digitos maledictus in agros,  
Abstulit & reditus cunctos, quos divite gaza (\*  
*Reges Persarum* multi conferre solebant,  
Imposito grandi censu *Solymæ*, atque tributo.

*Isacidum* captum populum super *Ostia Nili*  
Et *Solymæ* mœstum, constrictum sub jugâ mittit,  
*Hyrcania* fines terræ ut colat, occupet urbes,  
Donec tabificum sumsisset corde venenum.

Dum quoque *Manasses* tumidus, summusque Sacer-  
dos, (\*\*

*Persarum* gnatum *Sanaballe* in *Perside* duxit  
*Fastus* inest illi, sequiturque *superbia famam*, (b  
Et nimio vanus tumefactus nomine gaudens,  
Noluit admonitus rescindere vota Sacrata  
Connubii falsi: *Patria depellitur armis.*

E *Patria* ejectus, *nova condit* *Templa Manasses* (\*  
*Samarie*, *Mystas*que suos deducit in *Ædes*,  
Connubiis variis maculatos ditat, & auget: (d  
Ut *Solymâ* populum *Sanctum* Templumque Sacra-  
tum,

Atque

(\* *Josephus Antiquit.* Jud. Lib. XI. cap. VII. (\*\*  
*Manasses* de *Patria* pellitur. (b *Nev.* 13, 23. (\* *Jo-*  
*sephus Antiquit.* Jud. Lib. X. cap. VII. (d *Ne-*  
*hem.* 13, 15.

Atque Ducem clarum *Nebemiam* tolleret Urbe.  
*Malachia Vatis Divina atque abdita dicta, (\**  
*Hortantur Ventris Mystas abdomine pastos,*  
*Quos non ira Dei tantum, nec tela, nec hostes,*  
*Quantum sola nocens animis illata voluptas,*  
*Et fastus nimius, volitans infamia perdit,*  
*Ute doceant præcepta Dei, populoque propinent.*

Objurgant etiam populum, quod præmia iusta (a)  
 Surripiat *Mystis* veris, ad *limina Templi*,  
 Eloquio doctis, referant qui arcana piorum,  
 Et celsos colles monstrant ad sidera Cœli.

Denique *Venturum Eliam*, qui *Numine plenus*,  
*Nomine reque Simul Regis præcursor Olympi, (\*\**  
*Inde futurus Messia, extrema linea Legis, (b*  
*Sancta anima & teclis Cœlorum excita flammis,*  
*Vates quo melior non luminis ivit ad auras.*

Fortis *Alexander* demum surrexit in Orbe, (\*\*\*)  
*Dux Macedo magnus, proles invicta Philippi,*  
*Natus Olympiade hic Pallea Pardus in Urbe,*  
*Qui cum Darium pugna fervente fugasset, (c*  
*Caspiadis portis prostrasset millia multa: (d*  
*In Syriam tendit, præclaras occupat Urbes.*

*Jaddus Alexandro Gazam* cum fregerat armis, [\*  
*Munere*

(\* *Mystarum* superbia taxatur Mal. I, 6. seq. (a)  
 Mal. I, v. 4. seq. (\*\* Prædicat Johannem Baptistam  
 (b Mal. 3, I. seq. cap. 4, 5. 6. (\*\*\*) *Alexander*  
 tertiæ Monarchiæ autor [c Dan. 8, 5. ad 25. (d  
 I. Maccab. I, I. seq. (\* *Jaddus Pontifex Supremus*  
 occurrit *Alexandro*.

*Munere Pontificis summi tunc functus honore,*  
*Vestibus indutus Sacris occurrit, ut iram*  
*Mulceret Regis, veniam deposceret Urbi:*  
*Flebitur his precibus bellator Magnus in Orbe,*  
*Colla ferocis equi subito laxantia torquet,*  
*Defilit & Jaddo supremos addit honores,*  
*Ac reverenter habet, pacem promiserat illi.*

Mox *Solymam* vectus, numerofo milite portas (\*)  
 Ingreditur, sacris adoletque altaria flammis,  
 Extendens superas ad Cœlum pectore palmas.  
 Contulit innumeros sumptus ad pulpita Templi, (a)  
 Et reditus grandes: *Ochi* maledicta tributa  
 Condonans genti, constrictos pondere solvit.

Cumque dies aliquot *Solyma* consumsit in Urbe,  
 Libertate gravi, populum ditavit & auxit,  
 Ac pietate pia, *Mystas* erexit ad Aras:  
 Omnia sub Leges Patriæ renovavit aperte, (b)  
 Et sacrare Deo jussit sollennia Festa.

Postea castra movet *Solymis* ad *Ostia Nili*, (\*\*)  
 Gratus erat cunctis, ultrò gratissimus hospes,  
 Omnibus indigenis, domuit quos fortibus armis,  
 Finibus *Aegypti* dum *Persica* signa removit,  
 Urbem magnificam magno sub flumine condens.

Insequitur *Pardus Codomannum* præpete cursu,  
 Ad flumen *Lyci* tum temporis arma parantem, (\*\*\*)  
 Quem subito cursu sternit, fugat, atque triumphat,  
 G Et

(\* *Alexander* ingreditur Hierosolymam. (a)  
 Josephus Antiq. Jud. Lib. XI. cap. ultimo. (b Jo-  
 sephus Lib. XI. A. J. cap. ult. (\*\* *Alexander M.*  
 transit in *Aegyptum*. (\*\*\*) In Asia *Darium* profligat.

Et gravibus rastris galeas pulsavit inermes,  
 Ac jacuisse vidit ter centum millia terris. [a  
*Ingrreditur Babylonem Urbem* comitante caterva  
*Cum plausu victor*, spoliis insignis opimis, (\*  
*Occurrunt Mystæ, Cives, populusque, Senatus,*  
 Vir, pariter mulier, junctim *pia vota precantes*,  
 Munera certatim promentes splendida Regi,  
 Tradentes portas & gazas, cum arcibus amplis.

*Darius* fugiens ad *Bactras* præpete cursu,  
 Contendit quondam, per *Bessum* captus amicum,  
 Missus & in rigidi latebrosus carceris antrum,  
*Libera Bactrana* permittens colla catena.

Carcere dimissus, plautro squallore repleto  
 Appositus, corio contextus, pellibus atris,  
 Huc, illuc rapitur, per compita devia campi,  
 Donec ad extremum confossus pectore toto,  
 Tunc grandis pulchro manaret corpore sanguis,  
 Spiritus ingrato camporum pulvere missus.

*Insequitur Pardus Darium, perfida facta*  
*Ulturus Bessi*, & Ductorem bella regentem, (\*\*  
 Quem captum vinclis innexum, recte ligatum,  
 Nodis constrictum, Regi exhibuere sodales.

*Dixit Alexander, que te deræntia cepit,*  
*Perside Bessæ? Tuo Regi cur tanta ministras?* (\*\*  
*Que feritas, rabies, animum pervertit inanem?*  
 Arboribusque duabus fixis alligat ipsum,

Ac

[a Dan. II, 30. (\* Alexander M. Babylonem ingreditur. (\*\* Bellus captus Alexandro M. sistitur. (\* Belli supplicium.

Ac subito resolutis vi, discepit in auras.

*Pardus in extremos pictus decurrit ad Indos*, (\*  
 Unde aperit lucem Phœbus mortalibus almam,  
*Aggreditur Porum*, numerofo milite fretum,  
 Fortibus & barris gestantibus horrida tela,  
 Et vario cursu committit prælia: *Porum*  
*Prosternit* terris ac *captum reddidit Indis*,  
 Atque sibi junctum Regno dotavit & auxit.

*Qui* postquam totum domuisset acinace Mundum,  
 Hinc iter inceptum peragit, dum pectore forti, (\*\*  
*Regreditur saluus*, *Babylonica Regna revisit*,  
 Ad se legatos admittens totius Orbis.

Mox luxu indulgens, animum laxavit inerti  
*Lenæo*, *Veneri*, peragens certamina vini, (\* \*  
*Occidit & Clytium & præclarum Parmenionem*,  
 Ac subito epoto correptus febre meraco,  
 Undecimo Urbe die conclusit fata superba.

*Confertos ætate senes*, bellique labore  
*Consiliis vincens* sanis, in flore juventæ,  
*Cui nocuisse nihil poterat, nec tela, nec hostes,*  
*Sed fæda ebrietas, & defidiosa voluptas,*  
 Præfuit imperio bis sex feliciter annos.

*Post Alexandrum Regnum rapuere Dynasta,*  
*Reges Egypti Ptolomæi nomine dicti;*  
 Aut *Syria Antiochi*, aut dicti plerumque *Seleuci*:  
*Macedonum varii*: sed tantum *Asiæ duo regnant*: (\*

G 2

Utque

(\* Alexander M. Porum in Indiis prostravit. (\*\* Alexander M. Babylonem revertitur & (\*\* Venero extinguitur. (\* Divisio imperii Græcorum in IV. partes.

Utque duos Soles nec Mundi machina ferre,  
Nec socios thalamus, fratrum quoque gratiarara:  
Sic plures Reges Regnum, Regnique potestas,  
Et populus concors discordes ferre recusat.

Vix etenim Titan centum pervolverat annos, (a)  
Magnus Alexander dum frigida membra reliquit,  
Et Solyme populo pacem concederet almam:

Antiochus magnus Syria dum suscipit arma (\*  
Impia, tendit & adversum Memphitica Regna  
Incassum, bellis devictus perdidit omnes,  
Res Asia tandem Romanos tollere iussit.

Quare nil temere, nec contra Numinis iram, (\*\*  
Impia bella piis terris contracta gerenda:

Nam Deus omnipotens, qui nutu cuncta gubernat,  
Criminis infandi est vindex gravis atque severus.

Filius Antiochi, patris spes magna, Seleucus, (b)  
Successor Syriae, lucrique cupidine fretus,  
Qui Solymæ ad tempus Templum non paupere sum-  
ptu (c

Instituit, quo iuste Sacris operentur honores.

Post animum mutans, vulpinos induit ausus,  
Assentatorum turba seductus inani:

Simia quem Simon, vacuo seduxit ocello,  
Mittitur Heliodorus atrox, mandante Monarcha,  
Thesauros Templi rapturus, divite Gaza,  
Quem Divina manus subito percussit avarum,

Resti-

(a Dan. II, 10. ad 20. (\* Antiochus Ægyptum peti-  
tit. (\*\* Impia bella damnantur. (b Dan. II, 20. seq.  
(c 2. Maccab. I, 3. ad 33.

Restituit sanum Dominoque remisit Onias.

Epiphānes frater Syria monumenta capessit, (a)  
Impius ac demens furiosa mente scelestus,  
Pontificem pietate gravem dejecit Oniam, (b)  
Substituit contra Jasonem crimine plenum.

Tutorem verum simulans, impuberis ævi,  
Præsidia imponit specie tutoris in oris,  
Et Syria in celebri tunc Memphide castra locavit,  
Quem titulum gessit Philopator Regis amicus. (c

Mox vero metuens Romanos, inde recedit,  
Pupilloque suas [ ut fas est ] reddidit arces: (\*  
Ira sed tumidus stirpem prope gentis Hebrææ  
Eruit ex imo, cladisque in gurgite merisit,  
Diversæ monstrum formæ, fera bellua mente. (d

Nam Solymes Urbem violento Marte subegit, (\*\*  
Octoginta armis concussit millia cives,  
Quadraginta assertos vinclis millia vendit,  
Ac totidem diversas millia mittit ad arces.

Et Solymæ Templum, quo non augustius ullum  
Hic qui cuncta videt Sol, nunquam vidit in Orbe,  
Cede cruentavit miserè: spuris profanum  
Numinis Idolum (referens horresco!) locavit, (\*\*\*)  
Non juxta forium valvas, sed in ipsa Sacrata.

Mosaicos libros congeffos, igne cremavit,  
Diripuit reditus Templi, simul atque recepit,

G 3

Assyrio

(a Dan. II, 8. ad 33. [b I. Maccab. II, 25. ad 28.  
(c Dan. II, 25. ad 28. (\* In Judæos arma movet. (d  
I. Maccab. 19, 1. ad 2. 4. (\*\* Hierosolymæ grassatur.  
(\*\*\*) Joseph. Lib. 12. cap. 13.

*Assyrio mandans thyrsos inducere Baccho,  
Et Dionysiacos celebrare diesque profanos,  
Atque rebellantes edicto cadere saxis.*

*Sed cum nulla potentia, fraude dolisque mali-  
gnis (\**

*Parta, diu constare queat: dominator iniquus  
Antiochus fuerat, mala bestia, venter inanis,  
Omnia conturbans, quo non vehementior alter,  
Concidit in medio subitò morbo exitiali:  
Innumeros sensit cruciatus tempore longo,  
Donec ad extremum consumptus vermibus atris,  
Et canibus rabidis collectis, esca fuisset.*

PONTIFICUM ET DUCUM,  
IN DYNASTIA HASMONÆORUM,  
SEU MACCABÆORUM  
A TEMPORIBUS NEHEMIÆ,  
USQUE AD ARISTOBULUM REGEM,  
DELINEATIO.

*Mattathias, Judas, Jonathan, Simon-  
que JOHANNES.*

Eno-

(\* Antiochi fœdus exitus. 1. Maccab. 1, 6.  
16. 17.

Enodatio.

I. MATATHIAS.

*Mattathias pietate gravi pro gente Jehude,  
Arma truces contra primus suscepit in hostes,  
Atque manu impavida juvenem de sanguine Judæ,  
Quem veteres adolere Diis nova Sacra videbant, (a  
Obtruncat, meritisque cruoribus imbuit aras:  
Quin & Præfectum Regis prope conficit ipsum,  
Cum fociis abolens devota altaria Divis.*

*Mox fugit ad montes altos atque abdita terra, (b  
Ut se confirmet melius, deserta latebra,  
Concava rura petit, socios disponit in antris,  
Solivagos forti servans cum prole receptus.*

*Antiochus surgit furibundus, percitus irâ, (\*  
Horrescit strictis seges ensibus, atque refulgent,  
Sole lacessitâ & lucem sub nubila jactant:  
Atque die veteri, quæ poscit lege quietem,  
Sabbata dum priscis repetebant otia jussis,  
Hostes invasit mœstos, & mille peremit.*

*Infelix Judæa DEI dum Sabbata sancta  
Rumpere non voluit, cum Sors poscebat & æquum,  
Naturæ Leges, vim vi, depellere sudent.*

*Mattathias, claris gnatis circumdatus heros,  
Qui queis Relligio cordi fuit integra, ad arma*

G 4

Evocat

(a 1. Maccab. 2, 23. seq. (b 1. Maccab. 27  
31. ad 39. (\* Antiochus in Sabbato Judæos op-  
primit.

Evocat unanimes, & se defendere cogit: (\*  
Ingruit atque Syris, nidoque expellit, & Aras  
Destruit, & Sanctæ temerata per oppida Legis  
Risituit cultum, jugaque aspera decutit hostis.

Sic Patriæ Ductor, qui Religionis honorem  
Erexit, tutæ reparavit & otia pacis,  
Exulibusque unum cum dixit jura per annum,  
Languidus & medio postus discrimine mortis,  
*Admonuit gnatos exemplis Codice Sacro*  
*Depromptis: Abrae, Joseph, Phineaque fidelis, ●*  
*Davidis, Chaleb, Vatis Thebaidis Elia,*  
*Azarja, Misael, Ananja, post Danielis,*  
*Ut populum Sanctum defendant fortibus armis,*  
*Propugnent ferrò Verbi monumenta Sacrata,*  
*Concordes maneant, crescat concordia fratrum*  
*Nexu perpetuo, quos Patris gratia junxit,*  
*Pessudent hostes, propulsent inde malignos,*  
*Si cupiant Dominum Zebaoth vidisse benignum.*

## II. JUDAS.

Ornat & arma capit Judas, similisque Leoni, (a  
Vivibus audax, ungue valens oculisque severus,  
Magnanimus populis cunctis trepidantibus hostis,  
Qui Patri ad superos misso succedit in Urbe.

*Antiochus contra Regesque Ducesque Syrorum*  
Arma

(\* Matathias hortatur suos filios, ut Patriam defendant. (a I. Maccab. 3. v. 1.

Arma cruenta capit, defendit fortiter Aras,  
*Trafideum cadit præfectum, moxque Seronem (a*  
*Contundit mortesque Viris & prælia ponit:*  
Post fundit Lyfiæ legiones Timotheumque, (b  
Gorgam venfutum: *Nicanoris & arma fugavit,*  
Funditus ense caputque *Ducis præscindit acutò,*  
Famosam dextram *Solyma* suspendit in agris.

Primus *Jdumæos, Galileos* fudit in oris,  
Atque *Arabes, Galaditas,* atrocesque *Pbilistim,*  
Innumeras *urbes Ephron, Samaritida, Sichem, (c*  
*Hebronem, Chebron, Caraimum, Boser & Azoth,*  
*Depopulatur, succendit, rapit atque triumphat:*  
*Romulides tandem cui pacis fœdera pangunt.*

*Auspicio Domini Zebaoth,* quo Principe quondam  
Libera sunt *Solymis* celebrata *Encania* plausu,  
Depurgata lue obscena simul atria Templic,  
*Secretumque Dei,* quondam *penetrabile* quod atrox (d  
*Antiochi impietas Jovia exspurare solebat,*  
Dum ausa fuit, proh triste nefas! *sacrare Molocho.*

Quo Duce progenies *Solymam* rediere *Jacobi,*  
Quique profanati gentili forte fuere:  
Mutarunt lapides, sævumque Altare ruebant,  
Et priscam faciem, puri molimine saxi, (e  
Rursum erexerunt *quadrati segminis Aram,*  
*Vasque sacrarunt & scissile candelabrum.*

Et mensam statuere novam, panesque diurnos

G 5

Propo-

(a I. Maccab. 5, v. 6. ad 33. (b I. Maccab. 4. v.  
II. seq. (c I. Maccab. 5, per totum. [d I.  
Maccab. 4, l. ad 47. (e I. Maccab. 4, 37. seq.

Proposuerunt Deo, Sancti velamina veli (a)  
 Explicito pandere sinu, & fragrantis acerra  
 Ruris odoratus, fumum sparsere per auras.

*Bachiada*, qui tunc numerosum milite parvo (b)  
 Excipiens agmen cum mente manumque patrasset,  
 Plurima digna sua virtute & gente, cruorem  
 Pro Patria fudit, cui Dux erat, atque fidelis,  
 Servatorque, suâ vitâ ferventius arsit.

*Matthania* præstans *Eleazarus* editus Urbi,  
 Pro Patria egregie dum sævus pugnat in hostes,  
 Et petit *Eupatrum* Syria cognomine Regem,  
 Atque *Elephanta* necat, prosternit stratus & ipsum.

*Bachiades* Jude post mortem singula circum  
 Funditus evertit, vastat cultoribus agros,  
 Crudelesque viros statuit regnare per Urbem, (c)  
 Persequitur fratres Jude, compescit amicos.

Mox sequitur malefvada fames & turpis egestas,  
 Fama gulæ tristis *Solyne* pallorque, tremorque  
 Ventriculi, ob segetes raras, sterilemque *Miner-*  
*vam,*

Et populi mœsti tribulatio tanta per Urbem,  
 Continuo ut luctus pulsaret Regia tecta,  
 Indigenas premeret pestis, *Libitinaque* præcox.

### III. JONATHAS.

Eligitur *Jonathas*, dextra ferroque paratus, (d)  
*Mata-*

(a 1. Maccab. 4, 51. seq. (b 1. Maccab. 5, 12. ad 20.  
 (c Maccab. 9, 25. 26. seq. (d 1. Maccab. 9, 24. seq. (e  
 1. Maccab. 9, 25. ad finem.

*Matthia* gnatus, foecundæ gloria Matris,  
 Magnanimo Jude fraterno sanguine junctus,  
 Princeps illustris subeat qui munia terris,  
 Ut sanctum populum propulset frenet, & hostes,  
 Ad pœnas tardus, velox ad premia danda,  
*Bachiades* ficto quem pectore prendere tentat.

In socios fidus validusque in sceptrâ *Johannes*,  
 Missus consilio fratrum cum pondere gazæ,  
 Ad gentes *Nabothæas*, aurum abscondere terris,  
*Dirus Amorrhæus* sceleratæ retia fraudis  
 Struxit, cumque opibus vitam rapit, inde triumphat.

His *Jonathas* posuit castes, & retia tendit,  
 Innocuæ cædis gravis ultor, mente severus,  
 Dum matura viro, dum plenis nubilis annis, (a)  
 Cincta adstat virgo, matrumque, nûrumque, sororum,  
 Præsignis faciem multâ comitante catervâ,  
 Irruit in socios: sævus furor arma ministrat,  
 Perdidit incautos ac lætos sustulit omnes,  
 Hostiles gazas & prædas de hoste reportans.

*Bachiadis* gentes numerosas vicit & hostes,  
*Alcimum* *Solyne* muros & mœnia Templi  
 Rumpere mandanti, paralytis sustulit atra:  
*Bachiades* socio sic rupto, percitus irâ,  
 Vix precibus pacem multis adipiscitur almam.

Regis *Alexandri* sibi conciliavit amorem,  
 Firmavit pacis leges, & foedere dextram,  
 Ejus & auxilio Regnum venerabile Templi,  
 Hic *Machabæorum* primus de gente capessit,

Pur-

(a 1. Maccab. 9, 28. ad 42. (b 1. Maccab. 9, 50. ad 73.

Purpureâ Regis donatus veste, corona.

Hinc *Demetrius* inductus, pacem quoque blandam,

Et requiem pugnae *Solyæ* firmare volebat,  
Sub specie fraudis, decimasque remittere genti,  
Annua pensâ simul, census, portoria quævis: (a)  
Culmine Sacrato montis deducere turmas,  
Pugnacesque viros & signa cruenta sequentes,  
Solvere compedibus captos, & reddere charos,  
Ut patrios colerent longo post tempore fines:  
Annuit his scriptis *Jonathan*, pacemque sacravit.

Post oritur bellum, campo stetit agmen aperto, (b)  
Pugnaces equitum turmæ, peditumque catervæ,  
Fervent cristatis splendentibus undique telis,  
Fortis *Alexander* vehementer fertur in hostes:  
Et *Demetrius* ardescens devictus amore  
Succubuit: Lauri multo sunt sanguine parti.

*Clarus Alexander* solenni jungere tadâ  
Constituit gnâtam *Ptolomæi* tunc *Cleopatram*:  
Fœcundâ regione satam, de sanguine *Regum*,  
Indicitque diem & patribus, dat jura vocatis,  
Dum geniale Tori celebrat præsentem catervam, (c)  
Adfuit & *Jonathan* Princeps summusque Sacerdos,  
Quem Reges *Tyrio* vestitu & munere donant,  
Et pacem læti firmant, ac tympana pulsant.

Dumque per immensum surgunt præconia laudum, (d)

Nobi-

(a I. Maccab. 10, 20. seq. (b I. Maccab. 10, 43. ad 58.  
(c I. Maccab. 10, 54. (d I. Maccab. 10, 53. ad 62.

Nobilis & fama in multis memorabilis oris,  
Tunc vulgata fuit: *Regis sapientis amorem*  
*Mirata est*, lapides pretiosos vexit ab oris,  
Atque aurum fulvum, *Conjunctæ Cleopatra venusta*  
*Deposuit*, dedit & Regi, felicibus aulis.

Sed *Syriam Nicanor* habens *Demetrius* oram, (a)  
Adveniens *Creta* numerosum colligit agmen,  
*Dirus Apollonius* quod dirigit ipse per arva,  
*Persequitur Jonathan* violentus *Marte scelestô*,  
Cuncta simul ferrô vastans, populatur & igne.

Consurgunt fratres *Jonathan*, *Simonque* parati  
Ad pugnas semper *Cælesti Numine ducti*,  
Et clypeata manus splendens agmine, portis  
Egreditur subito, furiis accensa, per auras  
Hostes insequitur, mucrones sanguine tingit, (b)  
Evertit, sternit, pessundat castra profana,  
Eripit *Azotum*, *Joppen*, cum divite præda:  
*Acaron* dono pretiosum assumpsit & Oras.

Conspirant Reges *Demetrius* & *Ptolomæus*, (c)  
Horrida perfidia cumulis perjurgia miscent,  
Et clandestinis consurgunt fraudibus arma,  
Nec gener a Socero tutus, nec filia dulcis,  
*Justus Alexander* peracuta falce necatur.

Sed cum nulla potestas, & *Victoria nulla*,  
Crimine parta, diu possit consistere salva:  
*Sic Ptolomæus Rex sceleratus*, iudice justô (d)  
Occubuit terris, triduo vix Regna gubernans.

Ni-

(a I. Maccab. 10, 62. ad 74. (b I. Maccab. 10, 75.  
ad finem. (c I. Maccab. 11, 1. seq. (d I. Maccab.  
11, 18.



*Nicanor Syria dum viribus occupat Urbem,  
Assentatorum succensus tabe maligna,  
In Jonathan, magnoque irarum fluctuat aestu: (a  
Culmine Sacrato Montis depellere gentes  
Qui voluit, Solyme pacem concedere tutam.*

*Donec in occurfu tandem Ptolomaide lætus,  
Talibus inde modis, ora indignantia solvit:  
Mi Jonathan dulcis, semper mihi charus amicus  
Sis, maneatque meus, crescat concordia nostri (b  
Nexu perpetuò, quos Divum gloria junxit.*

*Mox Jonathanæ justo sceptri donavit honore,  
Munera magna dedit, testantia Regis amorem,  
Libertate gravi terris dotavit & auxit: (c  
Isacidum populo dimisit multa tributa,  
Dissolvit nodos omnes & vincla relaxat.*

*Adversus Regem Antiochiæ turbine surgunt  
Injusti cives, quem vitâ tollere tentant,  
Hinc Demetrius iratus denunciât ore,  
Ut Jonathan subito Regi succurrere pergat, (d  
Ni velit in totum deperdere fœdera pacis.*

*Mox ter mille viros, lectos de gente Jehuda, (e  
Fœderis æterni custos, transmittit amico,  
Jura recusantes cives & retia Regi  
Tendentes, sternunt & centum millia fundunt,  
Expilant urbem, conculcant moenia flammis.*

*Pollicitis dives Demetrius acta rescidit, (f*

Ru-

(a 1. Maccab. II, 37. (b 1. Maccab. II, 28. ad 41.  
(c 1. Maccab. II, v. 28. ad 47. (d 1. Maccab. II, 46.  
ad 51. (e 1. Maccab. II, 46. ad 57. (f 1. Maccab. II,  
53, ad 79.

*Rupitque ingratus contractæ fœdera pacis,  
Turgida belligeri sumpsit certamina Martis,  
Adversus Jonathan charum, fidumque sodalem:  
Dum legiones permultas induxit in oras,  
Extensaque manu, validò certamine vicit,  
Astutus Jonathanæ justo, Vulpecula præcox.*

*Alternis igitur contendunt gressibus ambo,  
Viribus atque pares certarunt tempore longò,  
Donec Nicanor prostratus vertere terga (a  
Præcipiti cursu vidisset, perdidit agmen,  
Victori cesserunt urbes, maxima præda.*

*Natus Alexandri, Jonathan sibi fœdere junxit  
Antiochus, multis & honoribus auxit amicum,  
Aurea vasa simul templo demisit in usus, (b  
Et Solyme fines protendit ad ostia Nili:  
Damascum versus quicquid Jordanes habebat  
Torrens, & mare tranquillum possederat Urbes,  
Cum Roma & clarâ renovans Lacedæmone fœdus.*

*Antiocho Regi Tryphon, dum retia tendit  
Ob Regnum, ut solus posset dominariæ Orbi: (c  
Et quoniam Jonathan fidum metuebat amicum,  
Fraudibus aggreditur, cepit cum prole tenellâ,  
Atque fidem contra letho confecerat omnes:  
Quare nulla fidesque Viris, qui castra sequuntur.*

*Fletibus Aula tremit, cordis non defuit imber (d  
Intima concutiunt macerantia corpora corda,  
Et Simon fratris turgescunt lumina luctu, In*

(a 1. Maccab. II, v. 71. ad finem. (b 1. Maccab.  
12, v. 12. ad 15. (c 1. Maccab. II, v. 42. ad 51. (d  
1. Maccab. 12, 26. seq.

*In populo Zephyrus dotales excitat hortos,  
Atque sonos tremulos imò de pectore fundit.*

*Corpora dum Tryphon Simoni abscissa dedisset,  
Deduxit Modon, tumulò sepelivit auitò, (a)  
Pyramides septem, Phariò splendentia saxò,  
Vertice cœlorum ferientia culmina, ponit:  
Queis Patrem, Matrem, cum Fratribus, ipſus hono-  
rat.*

#### IV. SIMON.

*Conſilio magno Simon virtute probatus,  
Poſtremus fratrum, Solymæ, Templique capeſſit  
Jura Magiſtratus, folio ſuffultus Eburno, (b)  
Unanimi voto populi, Procerumque Senatus.*

*Hic operam primam fundandis mœnibus Urbis  
Inſignem impendit, fidus, & in arte peritos (c)  
Artifices conduxit, & urget ferre labores,  
Ædificare arces, laribus conjungere ſaxa,  
In gyros Urbem deducere, flectere circum.*

*Atque Duces belli robuſtos undique mittit,  
Propulſare hoſtes ſævos, procul eſſe malignos,  
Planitiem curſu, valles & concava rura,  
Nec non in clypeo, vigiles perducere noctes, (d)  
Frigora ſæva pati, gravibus non cedere nimbis,  
Æſtium tolerare jubar, tranſendere montes.*

*Antiochum Tryphon funeſto interficit auſu,*

In-

(a I. Maccab. 13. v. 26. ad 31. (b I. Maccab. 13, v. 9. 10. (c I. Maccab. 13, 10. ſeq. (d I. Maccab. 13. v. 10. ſeq.

*Injuſtus tutor, mala beſtia, venter inanis,  
Regia ſceptra rapit: terris ſcelerata poteſtas, (a)  
Non longo duravit tempore, ſed cito nata  
Exaret cito: nam rurius ditione repulſum  
Aſſyria, obtruncant ingrati, vindice ferro.*

*Legatos Simon mittit de gente Jebude,  
Ad Syria Regem, mandans reſponſa referre,  
Theſauros argenti cum diademate claro,  
Et palmam viridem junxit, quo flectere poſſet (b)  
Rex citius Demetrius, ac tutam dare pacem.*

*Annuat optatis votis Demetrius ultro,  
Fœdera pacis amans, pacem conceſſit ubique  
Iſacidum populo, contritis pectore toto, (c)  
Omnibus offenſis priſcis, Diadema Sacratum  
Donat Simoni, clara oppida ceſſit in uſus  
Perpetuos genti, dimiſſit cuncta tributa,  
Abſtulit atque jugum totum de gente Jebude.*

*Aggreditur Simon ferventi milite Gazam,  
Quærit pars aditum ſcalis conſcendere portas,  
Pars in fruſta ſecat turres, ſaſtiglia tecti: (d)  
Aſt muros Cives contra defendere tentant,  
Nec ſpes ulla fuga, miſeri ſtant turribus altis,  
Donec ad extremum pacem petiere, parati  
Obſequiis ſanctis, folio deſcendere prompti.*

*Ingreditur Gazam celeri comitante catervâ,  
Ædibus in Sacris Simulachra profana Deorum*

H

Fun-

(a I. Maccab. 13, v. 31. ſeq. (b I. Maccab. 13, 34. ſeq. (c I. Maccab. 13, 35. ad 42. (d I. Maccab. 13, 43. 44. ſeq.

Funditus extirpat Dagon, vitulosque colentes:  
Tunc Belus, Juno, Vulcanus, diva Minerva,  
Neptunus, Proteus ruit Aris, Murcia, Flora.

Quis pote sublatis, *Supremum Numen* adorat,  
Ædes mundificat, *Judeis* tradidit urbem,  
Funditus extirpat Dagon, vitulosque colentes, (a  
Mandans de patria gentes excedere terrâ:  
Et *monumenta Dei* jussit proponere Templis,  
Thura cremare focus, devotos psallere psalmos.

His ita transactis *Solymeam* subjugat Arcem,  
In qua præsidium latitans jam tempore longo,  
Perpetuâ cives velut obsidione præmebat, (b  
Qua rapta populum diuturni à mole tributi,  
Servitioque gravi, confestim tollit *Hebraum*.

*Letitia Simon* perfusus, plebsque, *Senatus*,  
Confestim cuncti celebrant nova gaudia plausu,  
Nescio qua præter solitum dulcedine læti: (c  
*Libertatis* honor dum gloria, dumque triumphi,  
*Iustitiæ* Sanctæ fulgor, *Legumque* potestas,  
Reddita sunt terris: præcingunt tempora Laurô.

Militibus cunctis Ductorem, pectore forti,  
Constituit gnatum, quo non constantior alter,  
Fortior & nullus, nisi clarus mente *Johannes*:  
*Judeis* sociat renovato fœdere *Romam*, (d  
Et *Lacedæmonios* Princeps magnusque sacerdos,  
*Antiochum* *Syriæ* conjungit fœdere pacis,  
Sic igitur placida populos in pace tenebat.

Anti-

(a I. Maccab. 13, 47. seq. (b I. Maccab. 13, 49.  
seq. (c I. Maccab. 13, 48. ad 51. (d I. Maccab. 13, 54. seq.

*Antiochus* tandem furibundus fœdera pacis  
Rupit, & insurgit valido certamine *Martis*,  
Atque Duce[m] cautum *Cendbeum* mittit in oras (a  
*Isacidum*, magnas ut viribus occupet Urbes:  
Quem contra *Jonathas* & *Judas* prælia miscent,  
Et debellatum pellunt de gente *Jebudæ*.

Dum *Ptolomeus* ovans, & plenus calliditate,  
In *Doch* castellum rediit, quod condidit ipse,  
*Simonem* sanctum cum gnatis jussit adeste, (b  
Luxuriosa paratis læti convivium mensis:  
Mutua dum inter se læti consortia miscent,  
Atque animi miro *Bacchô*, somnoque sepulti,  
Tunc gener in cæna *Ptolomeus* cadit inermes.  
O hominum spes fallaces! ô pectora cæca!  
Non Gener à Socero, non hospes ab hospite tutus.

## V. JOHANNES.

Antistes Princeps surgitque Propheta *Johannes*, (c  
*Hyrani* a victis *Hyranis* nomen adeptus,  
Dum procul à Patria populos *Mavorte* fugaret,  
Consilio felix, bellator fortis & acer,  
Filius inter tres fratres de stirpe superstes  
Unicus, hic viduam geminò cum pignore Matrem  
Truncatam vidit, *Ptolomei* fraude scelestâ,  
Et *Solymis* patris mortem deflevit acerbam.

Hunc quoque de vita *Ptolomeus* tollere tentat,

H 2

Fraudi-

(a I. Maccab. 15, 33. cap. 16, 1. ad 10. (b I. Mac-  
cab. 16, 11. seq. (c I. Maccab. 16, 2. seq. *Josephus* Anti-  
tiq. Lib. XIII. cap. XV.

Fraudibus atque dolis occultis, mente feroci:  
Tristius haut ullum monstrum, non scævior ulla (a)  
Bestia, *Legatos fœdos transmittit in Urbem,*  
*Ut responsa ferant Regis,* malefacta ministrant.

Extemplo dolus infandum patefactus ad auras, (b)  
*Crimina fraudis acerbæ, tecta cruore fumante,*  
*Detegit Hyrcanes,* Legatos prendere iussit:  
Atque velut densas prosternit messor aristas,  
Sole sub ardenti flabentia decutit arva, (\*  
Legatorum infestò sternit corpora ferro:  
*Sic fraus fraude ruit, sic ars deluditur arte.*

*Numinis afflatu* cunctis incognita noscens (\*\*  
Admonitus, prisca *scrutatur busta Davidis,*  
Ut mala damna levet, pretiosi deperit auri,  
Arcanis defossa locis, ter mille talenta:  
Muneribusque suis iratum leniit hostem.

Dives opum, lætis auctus successibus istis, (\*\*\*)  
Milite se jungit peregrinò, & robore belli,  
Vaticinæ passim *Syriæ* sibi subdidit Urbes,  
Produxitque suæ longe confinia terræ:  
Quin & *Samariæ* violavit civibus Urbem,  
*Dejecitque solo clari fastigia Templi,*  
*Monte Garicæo* quod struxerat ante *Manasses.*

Et gentem infauftam *Solymæ* subiecit *Idumes,*  
*Abramidum* ritu cogens præcidere verpos, (\*\*\*\*

Et

(a 1. Maccab. 16, 19. seq. (b 1. Maccab. 15, 2. (\*  
Ptolomæi Legati interficiuntur. (\*\* Josephus Antiq.  
I. Lib. XIII. cap. XVIII. (\*\*\*) Idem Lib. XIII. cap.  
XVIII. (\*\*\*\* Josephus de A. Jud. Lib. XIII. cap. XVIII.

Et servare genus, quæ tunc servabat *Jûda:*  
Post vires *Syriæ* minuens, juga sæva repellit  
A populi cervice sui, ne *postea Reges*  
*Contra Jûdæos* aliquid *Mavorte* valerent.

Istis temporibus, caperunt semina sectæ  
Spargere diversæ *Solymæ,* totamque per Urbem,  
*Esseni, Pharisei* famosi, *Saducsi:*  
Maccabæorum finem dant Scripta Sacrata.

ECCLESIAE JUDAICÆ  
A REGIBUS ASMODÆIS ET  
JDUMÆIS LACERATÆ  
SEU  
IN PARTES SCISSÆ  
REGIMEN.  
REGES ASMONÆI  
CONTINENTUR VERSIBUS:

*Aristobulus, Iannaus,* postque secundus  
*Aristobulus* solers, *Hyrcanus* in Urbe  
Regnant: *Antigonus* peracutâ falce necatur,  
Hos & *Alexander* sequitur *Mavortia* proles.

## Enodatio.

## I. ARISTOBULUS.

Filius *Hircano* patri successit in Urbe  
*Aristobulus*, qui natu maximus audit,  
*Consilii clari cui dat præstantia Nomen*,  
*Sed feritas mentis cunctis falsum arguit omen:* (\*  
 Namque tumore gravi regimen mutavit in Urbe,  
 Sceptro dextram ornans, frontem diademate cingens,  
 Ungitur in Regem *Solymorum*, gentis avitæ,  
 Moxque sibi Regni titulos atque acta Monarchæ  
 Attribuit, solus Divinos poscit honores.

Impius & sævus, mores, vitamque superbus, (a  
 Accelerat justæ furiosus fata Parenti,  
 Quam genitor charus iussit succedere genti,  
 Carceribus sævis violenta morte peremptos  
 E medio fratres crudeli funere tollit, (\*\*  
 Infidiis juvenem *Antigonum* compressit in Aula.  
 Quid non fastus iners, truculenta superbia possit?

Primus *Ithyæos* armis qui fregit, & illos  
 Summa verendorum præcidere rite cœgit,  
 Atque suo longum non est gavisus honore,  
 Nam crudelem animam cum fastu ponit & efflat,  
 Ac gemitu, summò roboatu, mittit in Orcum:  
 Annum vix unura *Solyne* diadema tenebat.

## II. JAN-

(\* *Josephus An. Jud. Lib. XIII. cap. XIX.* (a *Calvisius ad A. M. 3845.* (\*\* *Matrem & fratres necat.*

## II. JANNÆUS.

Hunc *Jannæus Alexander*, diademate Sacro  
*Filius Hyrcani* præinctus, Regia sceptrâ  
 Pro barathro fœdo, Regni fastigia tractat:  
 Improbus & sævus fratres nam sustulit ambos; (\*  
 In proceres Regni, cives, populum atque Senatum,  
*Sævior Hyrcanâ* sublato. *Tygride* fœtu:  
 Namque scyphis certans, epulis convivia miscens,  
 Præclaros decies octo suspendere iussit.

Hinc odium crescit, concrescunt undique flammæ,  
 Mystarumque chorus non dignum censet honore,  
 Dum laniat fœtus, sponsas & pignora lecti,  
 Uxores, dulces natos, sollennia gentis, (\*\*  
 Et Patres, Matres, soboles, ad millia fœna:  
 Muneris accepti immemor & maledicta propago,  
 Milite se jungit peregrinò ac robore belli.

*Antipatrum*, *Herodis* patrem, præfecit *Idumæ*,  
 Primus & evexit claras regnare per Urbes,  
 Qui magnis opibus natos & viribus auxit,  
 Dum nãmium indulgit validi vecordia Regis,  
 Principis atque vafri *Judeæ* summa potestas.

Septam fallaci armorum *Prolomaida* vallo (\*\*\*)  
 Oppugnat, dum plura suo cupit addere Regno,  
 Atque *Palæstine* magnas dum subjicit Urbes,  
 Cogit & insuetum *Moabitas* ferre tributum,

H 4

Et

(\* *Josephus An. Jud. Lib. XII. cap. XXIV.* *Calvisius ad A. M. 3859.* (\*\* *Ianniæ regis sævitiæ & odium.* (\*\*\*) *Josephus A. I. Lib. XIII. cap. XX.*

Et *Galaaditas*, *Gazam* confregit, & arsit,  
Fortunæ varios expertus sæpè colores.

*Aegyptum* contra pugnans, *Arabesque* feroces,  
Fortunam expertus variam: nam *Ptolomæus*  
*Laturus*, *Cypri* qui Regna tenebat & oras, (\*  
Classibus adveniens numerosò milite, tandem  
Armorum densò septam *Ptolomaida* vallo,  
Censertaque manu, ter millia dena virorum (\*\*  
Ex *Alexandri* densatò falce peremit.

Isacidum terras pingves populatur, & indè  
Captivos agit innumeros, puerosque tenellos  
Delectasque nurus, qui, quod crudelius actu, (\*\*  
Captivos mactat, carnesque emollit ahenis,  
Militibusque apponit, ut hinc sit terror Hebræis.

Inde & *Obedus Arabs*, demens deserta pererrat,  
Angustos aditus quaritque specum, antra, recessus,  
Inveniens hostes non armis perdere tentat,  
Sed pedibus vastis barrorum sternere iussit:  
*Sic furit hostis atrox, sic transit gloria Mundi.*

*Sævus Alexander* gentes hinc inde coërcens,  
Imperio laxas Regnum protendit in oras,  
Belligerans tandem in bello cui finiit ævum (\*\*\*)  
Febris ubi lento cor tabe absumsit & artus,  
Postquam viginti septem regnasset in annos.

Consilio Regis *Salomen* Regina capessit  
Imperium, generosa, potens, accensaque luctu,

Disfimu-

(\* Josephus A. J. Lib. XXII. cap. XXI. (\*\* Pto-  
lomæus Laturus in ipsum insurgit. (\*\*\*) In Judæos  
sævit. (\*\*\*\* Amplificat Regnum.

Disimulare sciens, *Phariseos* vicit amore,  
Dum neque Consortem charum sepelire volebat, (\*  
Adfuerat donec consensus, plena voluntas,  
Cordata & solers sanctæque industria Legis.

Indulgens nimium *Pharissæe* improvida sectæ,  
Et splendoris amans, & honoris conscia magni,  
Subdola sub specie funus celebravit in Urbe,  
Et Mystas omnes, cives, populum atque Senatum,  
Orat & exorat, verbis, precibusque fatigat, (\*\*  
Ut veniant junctim, persolvant tristia iusta.

Quo fraus atque dolus lateat, Regina subindè (a  
Sollicitat Mystas venerandos supplice corde:  
Patres grandævos, quibus est permixta potestas,  
Ut gnatos ambos tollant ad culmina Regni:  
Interea mulier titulum, speciemque regentis  
Filius usurpet, *Pharissæi* cuncta gubernent.

*Regnatrix Solymam* tranquilla pace tenebat,  
Dimovit cædes varias, bellique tumultus,  
Et nimium fautrix *Pharissæe* improvida sectæ, (\*\*\*)  
Avertit donis pretiosis arma *Tigranis*,  
Famina sic Patriam à funesta cæde tuetur,  
Octavam dum annum Solymæ regnavit in Urbe.

### III. ARISTOBULUS.

Pontificem Summum Mater Regina creavit,  
*Hircanem natu majorem, Mystica Sacra*

H 5

Dum

(\* Vidua regina regnat. (\*\* Josephus A. I. Lib.  
XIII. cap. XXIII. (a Pharissæorum gratiam venatur.  
(\*\*\* Regnum pacate administrat.

Dum mulier Vulgô non posset tradere apertè:  
Simplicitas morum cui scepra dedit, stupor ipse  
Ingenii retinet, feritas, violentia perdit.

*Aristobulus* premit altò corde dolorem,  
Simplicitate carens, scelerum manifesta libido,  
Scinditur incertum studia in contraria fratris, (\*)  
Cum gravis extremas *Mater* deduceret horas,  
Spiritus & longum singultibus ilia pulsat.

*Tunc bellum minimè bellum succendit iniquus,*  
Cladibus innumeris laqueat discrimine gentes,  
O, pida cuncta rapit, fratri parere recusat, (\*\*  
Contra jus æquum, castella superba resumit.

Inde potens terris permulto milite fretus,  
Nullas fronte minas curat, nec vulnera Matris, (\*\*\*)  
Decertans cum fratre suo, noctesque diesque,  
Donec continuis pugnis vicisset inermem,  
Atque minor Regnum majoris Marte subiret.

Pontificis summi fratrem deturbat honore,  
Et Proceres fidos & amicos undique tollit,  
Ense, rota, ponto, constrictis funibus arctat:  
Prostravit fratrem magno certamine captum,  
*Antipatrem* charum depellit sedibus, atque  
Tum focios Arabes armis infestat acerbis, (\*\*\*\*  
Consilium nullum admittens, sed sana repellens.

Quem vincens *Aretas* in Templi moenia clausum  
Ob-

(\* Joseph. A. I. Lib. XIV. cap. I. (\*\* Odium  
bellum creat. (\*\*\*) Josephus A. I. Lib. XIV. cap.  
VII. [\*\*\*\* Josephus A. I. Lib. XIV. cap. III. An-  
tipatrum sedibus depellit.

Obsidet, atque manus armatas viribus urget,  
Et *Solyma* mœstis fatalia damna facescit,  
Dum negat ut festum celebrarent Pascha per Urbem,  
Impia de patrio capiens certamina Regno.

Quo ferar? unde petam lapsis solatia rebus?  
*Aristobulus* precibus ni flexeris iram  
*Cæsaris* auxilium rogitans, conjungere vires,  
Naufragiumque suum tumulo spectaret ab alto  
Respiceret mœtentem, absentem rebus in arctis.

Regia crede mihi res est, succurrere pressis,  
Hinc *Scaurus*, Ductor Legionis *Cæsaris* almi,  
*Ausoniam* genti *Syriam* qui junxerat armis,  
Mittit Legatos, *Aretas* ut cederet Urbe, (\*  
Parceret adversis telis concludere muros,  
Ni cupiat *Juli* violentam *Cæsaris* iram,  
Et seorsim varios rerum sentire colores.

Urbs antiqua fuit, *Solymi* tenuere coloni, (\*\*  
*Hierusalem* Templo tunc instaurata quieto,  
*Aegyptum* ardentem contra, Libanique cacumen  
Cedrifera, liquidi vastum *Jordanis* ad amnem,  
Atque Bituminei spectans incendia Stagni,  
Dives opum, atque *Asie* quondam pulcherrima terræ.

*Pompejus* magnus, devictis Urbibus amplis,  
Arte, dolo, *Syria* castellis inde receptis,  
Rura *Palæstina* *Judæi* culmina Regni, (\*\*\*)  
*Judæamque* petit, quæ pignore rara silenter

Agmine

(\* Josephus A. I. Lib. XIV. cap. IV. (\*\*  
*Hierosolymæ* descriptio. (\*\*\*) *Palæstina* terræ de-  
scriptio.

Agmine *Jordanis* viridi prorumpit amoeno,  
Est urbs Phœnicum tum inter, latèque fluentem  
*Jordanem* Regio, nostris sat conscia Sacris,  
Judæam appellant, armisque & Lege potentem.

*Aristobulus* semper Rex fallere doctus,  
Quolibet & folio, quavis incertior aurà,  
*Pompeio* magno *Solyma* præcluserat Urbem, (\*)  
Fœdera sancta abolet : quæ non dementia mentem  
Exagitat? vexat quæ non discordia Cives?

*Pompeius magnus* confestim currit ad arma,  
Impellit valido numeroio milite turmas  
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis,  
Claudere murorum nexus, confringere portas.  
Mensibus inde tribus *Solymam* cinctam occupat Ur-  
bem,

Et Regem captum constrictum, carcere clausum, (a)  
Solvere vectigal compellit, dissipat Urbem:  
Ante oculos teneram miserando vulnere prolem  
Sustulit, & duodena armatos millia perdit,  
Dum populus sanctus celebraret *Pascha* per Urbem.

Tuncque tubæ horrifonis victricia Clasica late  
Postrepuere modis, *Jordanis* contremuitque;  
Ante ebur & radians aurum & pretiosa supellex,  
Et vestes ostro insignes, penitusque potentum (\*\*)  
Divitiæ Regum, pompa celebrante vehuntur:  
Inde graves clypei, præreptaque fortibus arma,  
Signaque & horrentes galeæ, cristæque tumentes.

Post

(\* Josephus A. I. Lib. XIV. cap. VIII. (a) Josephus  
Lib. XIV. A. I. cap. VIII. (\*\* Triumphî descriptio.

Post *Solymam* Regno spoliatis, sceproque potenti,  
Præsidium imponit *Romanum*, Præsîde firmans,  
Ac raptas Urbes populi rapit atque gubernat:  
Sed Rex *Aufoniam* captivus ducitur urbem,  
Atque duo gnati binæ gnatæque ligatæ,  
*Romulidum* terris servili grandia collo  
Carcereque inclusi tenebroso vincla tulere.

Aspice fortunæ, quisquis legis, aspice lusus, (\*)  
Et miseros rerum disces cognoscere casus.  
Reges incessit magno discordia motu,  
Exoritur trepidos inter dissensio cives,  
*Pompeius tulit auxilium*, ut componeret omnes,  
Sub specie falsi vincens, *dominatur in Urbe*, (\*\*)  
*Leta brabea ferens. Quo non discordia Cives  
Et fucatus amor fratrum, deduxit amicos?*

*Aristobulo* *Cæsar* post carceris usum  
Longævum & fœdum, durissima vincula solvit,  
Et geminâ septum forti Legione remittit  
In Syriam, ut cives inimicos indè repellat:  
Quem queis *Pompeius* melior tunc causa videtur, (\*\*\*)  
Fraude necant ipsi, dum toxica sæva ministrant,  
Et moritur prius ad Patriæ quam pervenit Ar-

#### IV. HYRCANES.

*Hyrcanes* contra spoliatus, munere Regis,  
Pontificisque gradu delapsus, jure perenni

Ex-

[\* Fortuna variabilis mortalium. [\*\* Discordia  
civium mali causa. [\*\*\* Josephus A. I. Lib. XIV. cap.  
XII.



Exulat eiectus Regno, se vertere magnum  
Ad rectorem *Arabum* amandatur mente sagaci:  
Duris in rebus constans bene fidus amicus,  
*Antipater* fuerat, magnis curator in actis.

Redditur ipfius inops *Patriæ* ferventibus armis,  
Principis *Arctæ* simul & præponitur Aris,  
Invidia premitur fratris, stimulisque malignis  
*Exagitur*: *Pompeius* penetralia Templi, (\*  
Proh dolor! ingreditur, quo nemo subire solebat  
Extorris, solus nisi Summus in Urbe Sacerdos,  
Aurea vasa Dei vultu spectavit acerbo.

Redditaque est omnis populi Provincia Regni (\*\*  
*Isacidum Latiis*, tandem portoria terris,  
Insignem *Vittis Hyrcano* tradit honorem  
*Pompeius magnus*, dum Templo præficit Urbis, [a  
*Julius & Cæsar* mandatum misit ad illum,  
Inspiciat Templum, monumentaque sancta procuret.

O Sortes hominum fallaces! pectora cæca!  
*Antonius* profugus rabiosus, prodigus iræ,  
*Hyrcano* patruo geminas ferro amputat aures,  
Quem Parthus captum Babylonis duxit in orias,  
Post varios casus, post tot discrimina rerum,  
Carcere jam liber festivus redditur Urbi,  
Supplicio tandem capitali plectitur ultro,  
Octoginta annos postquam vixisset in Orbe.

## V. AN-

[\* Hyrcanes restituitur. Joseph. A. I. Lib. XIV. cap. XII. (\*\* Judæi Romanis subiecti. [a Joseph. A. I. Lib. XIV. cap. XII. (\*\*\*) Inconstantia humana.

## V. ANTIGONUS.

Filius *Aristobuli* dum diffugus errat,  
*Antigonus* genio vario, de stirpe parentum  
Regali cretus, bis captus, carcere cædo  
*Romulidum* evadit: prostratus *Parthica Regna* (\*  
Urget, sollicitat, stimulat, placidissima mittant  
Auxilia, ut profugum Regno de divite Regni  
Restituant Solymæ, *Romanos* inde repellant.

Pugnaces equitum turma, peditumque catervæ,  
Implebant vastos numerofo milite campos, (\*\*  
Descendunt Solymam versus, Regemque reducunt,  
*Hyrcanem* patruum captum mittunt Babylonem,  
Herodem pellunt Judæa, progeniemque  
Deludunt, demum compellunt vertere terga.

Tot casus varios & tot discrimina rerum (\*\*\*)  
Perpelli *Solymæ Cives*, tot tristia fata,  
Consilio Antigoni, vitaque fideque, scelesto:  
Donec *Romani Prætores* bile tumentes,  
Marte caput, frontem rugis majoribus ornant,  
Viribus & savis concertant undique totis,  
*Antigonum* capiunt: Præsesque *Antonius* ipse,  
Rumpere sacra demandat colla securi.

## VI. ALEXANDER.

Hinc & *Alexander* gnatus charissimus alter,  
Qui

[\* Josephus A. I. Lib. XIV. cap. XXIV. (\*\*] Josephus A. I. Lib. XIV. cap. XXV. (\*\*\*) Josephus A. I. Lib. XIV. cap. XXVIII.

Qui prius invictæ quam magna palatia Romæ  
Captivus tetigit: *Ciliensibus* hæsit in oris, (\*  
Fallens custodes, latuit bene quinque per annos.

Post bellum fumens, flammis populatur inermis,  
*Romanum* insequitur magnis clamoribus hostem,  
Et renovat fortes validas ad prælia turmas, [\*\*  
Multoties vicit truculenta *Gabinia* tela.  
Dissipat incautos, spargit ceu fumus in auras.

Postea dat verba, insidias ineditatur iniquas,  
Fraude, dolis capitur, manibus pedibusque ligatum  
Navibus injiciunt, mittunt ad *Cæsaris Aulam*, [\*\*\*  
Carceribus fœdis ut tristia damna rependat.

Carceribus demum laxatis, *Cæsaris Aulam*,  
Nomen & omen habentis promptum Nomine Julii  
Mandato, præperat Patrias invifere terras,  
Non potuit servare fidem, sed Cæsaris acta  
Compensat malefactis, & miseranda propago  
Currit in arma ferox, *Romanos* cædit ut hostes, [\*\*\*\*  
Præsidium turbat Syriae latronis ad instar,  
Infelix capitur, percussus cæde nefanda:  
*Antigoni* collum generoso de vertice demptum,  
Exitus iste fuit tragicus Regum *Asmonæorum*.

REG-

[\* Josephus A. I. Lib. XIV. cap. X. [\*\* Contra  
*Romanos* insurgit. [\*\*\* Alexander captus Romam  
mittitur. [\*\*\*\* Arma in Romanos movet. Joseph.  
A. I. Lib. XIV. cap. X.

REGNI JUDAICI  
TETRARCHÆ seu DUCES,  
IN DYNASTIA JDUMÆORUM  
ET HEBRÆORUM,  
USQUE AD HERODEM REGEM.

*Antipater*, gnati *Phaselus*, postque *Josippus*,  
*Pherorus* vecors, alieno captus amore.

Enodatio.

## I. ANTIPATER.

*Antipater* Princeps humili caligine surgit, (\*  
Prædo qui primum pelagi, populator iniquus,  
Postea signa cruenta sequens, fit Martis alumnus,  
Hostibus haut tergo, sed forti pectore notus:  
Efficitur Ductor clarus, notissimus armis, (\*\*  
Consilio atque manu promptus, patiensque laboris,  
*Hyrcano* Regi semper gratissimus hospes.

Hic natos opibus magnis & viribus auget,  
Dum nimium *Hyrçani* blanditur gratia Regis,  
Perpetuo captans victorum corde favorem,  
Confirmatque suas vires: tria pignora læti (\*\*\*)  
Euehit ad summos firmæ virtutis honores.

Inde odium crescit, consurgunt undique flammæ,

I

Ut-

(\* Ascalonita Apollinis Æditui filius, unde & A-  
scalonita dictus. (\*\* Josephus A. I. Lib. XIV. cap.  
XVII. (\*\*\*) Josephus A. I. Lib. XIV. cap. XVIII.

Utque duos soles, nec Mundi machina ferre,  
Nec socios thalamus, fratrum quoque gratia rara;  
Sic tres regnantes, populus tunc ferre recusat:  
Antipater tandem violenta morte necatur,  
*Julius & Caesar* Romæ contunditur armis.

## II. PHASELUS.

Filius *Antipatri Phaselus*, maximus ortu,  
Dux *Judeorum*, nulli cessurus in armis,  
*Hyrcani* primum stabilivit in Urbe favorem: (\*  
*Antigonus Solymam* dum Marte domasset & armis,  
Captus erat mediis in turmis & sibi mortem  
Conclusus, caput in saxo ferit, intulit ipse.

## III. JOSIPPUS.

Tertius *Antigoni* gnatus Præfectus *Jdumæ*,  
Nonne *Josippus* adest? qui dum sibi conscius esset,  
*Herodis* fugiens conspectum, præpete cursu,  
Exit de Patria mediis in saltibus ipse  
Vitam cum turmis perdit. Sic *Fata volebant*.

## IV. PHERORUS.

Ultimus *Antipatri* sanguis, sed deditus auro, (\*\*  
*Pherorus* scelerum matrem sectatus avarus,  
Vinaque fundebat pateris animamque vocabat,  
Pocula *Dardanio* jussit miscere ministro, (\*\*\*)

De

(\* Josephus A. I. Lib. XIV. cap. 17. Calvius ad A.  
M. 3904. (\*\* Avarus & vini potator. (\*\*\*) Josephus  
A. I. Lib. XVII. cap. 1. 2.

Deliciisque dies totos consumere natos.

*Herodi* fratri non semper fidus amicus, (\*  
In dubiis rebus fuerat, dum tela volarent,  
Uxorem *Marianna* venustam tollere vita,  
Et proles geminas, genitorum pignora chara  
Mandavit: Patrum spirantia rodere membra.

Tunc iterum vecors, alieno captus amore,  
Alterius nuptæ malefanus, perdidit æstum,  
Ebrius audaces non averſatus amicos.  
Dirus hydrops, proles dulcis patre digna *Lycæ*  
Sustulit, & tantiluxus fit debita poena:  
Herodes functo supremos addit honores.

REGES JDUMÆI,  
seu

DYNASTIA HERODIANORUM  
USQUE AD  
PANOLETRIAM SECUNDAM,  
IN TOTO ORBE TERRARUM CELE-  
BRATISSIMÆ URBIS  
HIEROSOLYMÆ,  
ET POLITIÆ JUDAICÆ  
ABROGATIONEM,  
PER TITUM VESPASIANUM,  
IMPERATOREM ROMANUM,  
ANNO POST CHRISTUM NATUM  
SEPTUAGESIMO.

I 2

Asca-

(\* Calvius ad A. M. 3947.

*Ascalonita Herodes primus regnat in Orbe,  
Archelaus gnatus comitatur, moxque Philippus,  
Antipas, Agrippa sagax & filius ejus  
Herodes sequitur, post hos Agrippa secundus.*

Enodatio.

## I. ASCALONITA.

*Antipatri Herodes Magnus de sanguine surgit, (\*  
Ascalonita, fuit Patria & Patre Nomine dictus,  
Atque Bephoctonos, Dux, Rex, ferus arbiter Orbis,  
Mira virtutum specie, vulpecula vafra :*

*Vincere quos vidit, fidos fociavit amicos.*

*Judeos, Arabes, Galileos vicit in armis, (\*\*  
Militat Antonio veluti conjunctus Achates,  
Auxilium Augusto transmittit, subsidiumque,  
Induperatori sacro se jungit amore:  
Romanis Ducibus semper jucundus amicus.*

*Urbes amplificat veteres, simul atque recentes  
Ædificare jubet Solymorum moenia Templi,  
Augustam in formam confecit sumptibus amplis,  
Extra jucundus benefactis, intus acerbus, (\*\*\*)  
Nam clam prædo fuit, sed carnificina fuorum,  
Pectore ovis, lingua basiliscus, corde lupinus.*

*Factus ab Antonio Tetrarcha per Inclyta Regna,  
Antigoni saxi laqueos vix effugit hostis :*

Sed

(\* Josephus Lib. XIV. A. I. cap. XXV. (\*\* Josephus de Bello Judaic Lib. XV. cap. VIII. (\*\*\*) Josephus de Bello Jud. Lib. XV. cap. XII.

*Sed Romana Urbis postquam penetravit ad Arces,  
Eximios illi Magno cum Cesare honores, (\*  
Romani Imperii concors Antonius offert,  
Judææ Regem simul & declarat aperte.*

*Herodes tumidus quantum mutatus ab illo?  
Dum Proceres jugulat, mala bestia venter inanis,  
Quadraginta quinque palam, totidemque per ignes  
Impositos tollit: suspectos cædis avita  
Omnes excruciat, lethalibus ictibus urit: (\*\*  
Pontificem summum pellit, Mariamna pudicam  
Primo consortem charam & tria pignora Regni:  
Ac nimis oppressos, vires exhaustit Hebræum,  
Cædibus innumeris & iniqua mole tributi.*

*In Venerem præceps foedo stimulus amore,  
Uxores plures induxit, contemnens Cœlica jussa:  
Et Synodos posthac Judæorum sustulit astu,  
Septaginta duos Seniores, jure peritos, (\*\*\*)  
E medio tollit, Solyme grassatur in Urbe.*

*Istis temporibus natus Salvator JESUS, (a  
Hinc pretiosa Magi sub Virginis ubere Christo, (b  
Qui tria dona DEO, Regique, Homini que benigna  
Thus, aurum, myrrham, parvæ sub moenia Bethlem, [c  
Persica corde ferunt, inquirunt undique terris  
Hunc Gnarum: insidias Herodes tendit & illos  
Tollere de vita jussit, Vulpecula fallax:*

I 3

Ne

(\* Rex Judææ per Romanos declaratur. (\*\* Josephus de Bello Jud. Lib. I. c. XV. (\*\*\*) Factus Poligamus. (a Matth. 1, 25. (b Luc. 2, 1. ad 21. [c Matt. 2, 1. 12.

Ne raperent Regnum terrenum vindice ferro.

*Cœlestem Patriam liquisti dulcis JESU, (a*  
*Et modo terrestrem effugio vis linqere charam,*  
 Tendis in *Ægyptum* profugus, mirabilis unde (b)  
*Isacidas* duxisti mœstos, mole gravatos:  
 Si fugis *Herodem, Pharaonis* forte locorum  
 Illic invenies, qui tristia damna rependent;  
 Nulla pericla times, major majora subinde  
 Poscis: *ut in Canaan cœli nos sanguine portes.*

*Herodes* etiam suspectam misit in Urbem, (\*  
 Mille viros ferro instructos, qui mœnia furto  
 Per noctem ingressi, teneros quicumque reperti  
 Infantes matrum jugularunt ubere raptos,  
 Quo numero in tanto caderet quoque Regius hæres (c)  
 Crudeli tingens *Bethlemica* compita cæde.

Quo ruis insane *Herodes* quæ te dementia cepit?  
 Quæ furia inferiæ? rabidoque hæc addidit ore,  
 Respice ad hæc, adsum dirarum ab sede Sororum,  
*Bella manu, lernamque gero, malefacta ministro*  
*Clamor it ad Cœlum, Cœlum rumoribus implet,*  
*Non venit Christus, quo terris Regna capeffat,*  
*Sed nobis tribuat Cœlestia Regna per Ævum.*

Ast jam *Fata Dei* poscunt, jam terminus hæret (\*\*  
*Herodem* semper manantem viscere toto

Ulaus

(a Matt. 2, 13. ad 16. (b Luc. 2, 16. 17. 18. (\*  
 Numerus occisorum infantum 144000, secundum  
 aliquos putatur. (c Matt. 2, 16. 17. (\*\* Cornelius a  
 Lapide in Lucam fol. 75. ait *Herodem* quinto die post  
 infanticidium esse mortuum.

Ulcus agit saniem, foedam cruciatibus alvum  
 Lancinat assiduus Colon & tremor improbus inflat,  
 Membra scatent toto numerosi corpore vermes,  
 Et caro semiputris *Stygios exhalat odores:* (\*  
 Cujus erat major quovis medicamine morbus,  
*Qui tandem incisam* mortalibus atque *Tonanti*  
*Expirans animam, Phlegetontis* misit in *Orcum:*  
 Annis triginta & septem regnavit iniquus.

## II. ARCHELAUS.

*Archelaos Herodis Magni sanguine cretus, (\*\**  
*Samaritana* parens fuerat, cui conscia proles,  
 Moribus infandis, perversus: *stipite grandi*  
*Non procul à proprio,* vitiis maculatus iniquis,  
*Romulidum* terris nutritus tempore longo.

*Etnarchos* primum, dehinc pro *Rege* vocatus,  
 Discordes animos sensit, perspexit ubique,  
 Qui *Regem* folio proprio turbare volebant:  
 Hic aderat *Simon* servus, cum fratribus ipsis,  
 Hinc *Teudasque* Magus latro, scelerata libido,  
 Fratres atque duo consurgunt agmine aperto,  
 Donec ad extremum *Romanis* præda fuere.

*Exul in exilio latatur CHRISTUS JESUS, [a*  
 Tandem ait, *ad Tua Magne Pater* consulta revertar,  
*Exiliumque vagum post lustrum* triste reliquit:  
*Memphidos* ex oris *Patriam* visurus *amœnam,*

I 4

Atque

(\* Joseph. A. I. de *Herodis* morbo Lib XVII. cap.  
 VIII. (\*\* Josephus A. I. Lib. XVII. cap. 10. 11. 12. (a  
 Matth. 2, 19. ad 23.

Atque Galilææ culturus Nazareth Urbem,  
Nazaraum ut germen clarum vocitaret in Orbe,  
Prædictum Vatum compleret Nomine, Reque.

Herodes dominator Princeps atque nefandus, (\*  
Impatiens fræni, magnus sine lege tyrannus,  
Dum populum tollit, Proceres necat, inde triumphat,  
Et cum sangvineæ finem non poneret iræ,  
Quæstibus Hebræum Latii reus Urbe peractus,  
Exul Gallorum transfertur ad usque Viennam.

### III. PHILIPPUS.

Herodes gnatus mansuetâ mente Philippus, (a  
Cui Cleopatra parens fuerat, Solymæa propago,  
Archelaum sequitur Regno Thetrachidæ ore,  
Cæsaris auxilium rogitans Romana revisit  
Numina, quo Regnum posset stabilire secundum. (\*\*

Aurea pax illo florebat Rege, suoque  
Lex in honore fuit, sacrati Normæque Juris,  
Conservare suum novit, bene parta tueri  
Non potuit merces falsâ violare rapinâ,  
Invidus alterius nunquam fuit, aut inimicus,  
Sed fraudis vindex acerrimus, æqua coegit  
Pondera cum pretio, magnis in mercibus esse.

Nec tenebris mandavit opes, sed largiorimbre, (\*\*\*)  
Sve-

(\* Josephus A. I. Lib. XVIII. cap. 13. 14. 15. (a  
Luc. 3, 1. ejus fit mentio. (\*\* Joseph. A. I. Lib.  
XVIII. cap. 3. 4. (\*\*\*) Josephus A. I. Lib. XVIII.  
cap. 6.

Sveverat innumeras hominum ditare catervas,  
Quippe velut densa currentia munera nimbo,  
Cernere semper erat populis, undare penates  
Assiduos intrare inopes, remeare beatos:  
Et patiens cunctis animum, mentemque benignam  
Ostendit, peregrinis contulit aurea dona.

Nil tulit in uita gravius, quam Conjugis atrox,  
Et gnate facinus vafrum, petulantia corda:  
Herodes furtim maculatus sanguine fratris  
Quas rapuit, bardus violator Numinis Almi.

### IV. ANTIPAS.

Antipas sævus, scelerum malefacta libido, (\*  
Cui Vulpis tribuit quondam cognomina Christus, (a  
Atque cavere jubet fermenti mole gravatum, (b  
Judææ herbida jura sibi qui vindicat ultro, (c  
Et Galilææ: tum maculatus fœdere læsti. (\*\*

Increpat Herodem Baptista libera lingua, (d  
Et zelus, decus in quo verum Numinis Almi (e  
Propugnat, culpæ scelerisque coarguit Aulam, (f  
Insidus captus, conclusus carcere fœdo: (g  
Discipulos mittens ad Christum facta recenset.

Herodes convivæ satur, sollennia tandem (†  
Infanit, scorti maledicto captus amore,  
Atque dapes medias inter saltumque puella,

I 5

Dum

(\* Qui & Tetrarcha dicitur (a Matt. 14, 3. (b Marc.  
6, 17. (c Luc. 3, 19. (\*\* Joseph. Lib. XVIII. A. I.  
cap. 3. 9. 10. 14. (d Matt. 8, 14. (e Matt. 14, 3. ad 12.  
(† Marc. 6, 17. seq. (g Luc. 3, 19. 20. seq. († Ibidem.

Dum colit & nimium *scortum*, & colit ipse *Prophetam*,  
*Innocuum tollit caput à cervice Johannis*:  
 Ac simili casu *Christum* deperdere tentat.

Istis temporibus *passus Salvator Jesus* (\*  
*Imperium tenuit Tiberi* de flumine dictus:  
*Venditur exiguo pretio*, pretiosior auro,  
*Per Judam* signo capiendus ponderis ofelo: (\*\*  
 Colle in oliveto tandem qui tristis in hortis,  
*Grandes purpureo sudavit pectore guttas*,  
 Impia quem rigidis, lixarum turba catenis  
 Induit, & stricto colaphos infringere pugno  
 Ausa est infanti: diræque tonitrua lingua,  
 Blasphemò jaculata tubo collidere famam,  
*Divinique satus majestatisque Paterna.*

O scelus! ô rabies! *scelus est vincire Quirinum*,  
 Ducere constrictum rapidum per *Cedron in Urbem*  
*Dic quid erit Natum Caelestem fune ligare?*  
*Exuperat eadem Patris vincire Monarcham*,  
 Et *Regem Regum*, cui servit pontus & *Aether*.

Cur *Chiliarcha* prius *Christum* deducis ad *Annam* (\*  
*Caipham?* *Judeos?* dictu mihi *Pontifices* que?  
*Pontifices* fortasse cupis *Chiliarcha* supremos?  
 Horreo, membra trement, mediis vox faucibus hæret,  
 Dum

(\* Passio Christi Matth. 26, 2. seq. Marc. 14, 1. seq.  
 Luc. 23, 26. seq. Joh. 13, 2. (\*\* Per Judam proditus  
 Matth. 26, 25. Marc. 14, 22. Luc. 21, 19. Joh. 13, 26.  
 (\* Georgius Fabricius in Hist. Sacra p. 56. Caiphæ Sad-  
 duceus patritius Nomine, Josiphus cognomen à ca-  
 num venatione accepit.

Dum colaphum inflictum faciei sentio *Christi*.

*Dogma petis Christi, cum vita sit illius insons*, (a  
*Dogma tibi & populo patuit cum Sacra doceret* (b  
*Publicus in Templo Solymæ*, quod quisque probabat,  
*Sed tibi displicuit, quod te faciosque vocaret*, (c)  
 Semina serpentum, vipersaque, luposque voraces,  
 Carperit errores *vitam damnavit iniquam*,  
*Vestram Pontificum peccati, dogmata falsa.*

Cur maledicta cohors, testes exquiris iniquos? (d  
 Et nisi corruptos poteris reperire metallis (e  
 Quare bonos, fidos, oculatos, millia mille,  
 Mox aderunt justis, *Christi pia dicta sequentes.*

Sufficit ut falsos habeas: quid pluribus illis,  
*Caiphæ* inflato tum dixit pectore, egemus? (f  
 Nonnulli dicunt se percepisse quod *Aedes*  
*Destrueret triduo Divinas*, construeretque:  
 Unus ait solvam; possum dissolvere dicit  
 Alter, quod *Christus* dixit mendacia pura.

*Adjurant Christum per Numina Sacra Tonantis* (g  
 Fare, tacere nefas, nobis edisere verum,  
*Anne Dei Patris Caelestis Filius ipse es?*  
 Ad falsum tacui, modo respondere paratus,  
*Esse Dei Patris Natum ajo me ore diserto:*

Hoc intellecto *Caiphæ* laceravit amictum, (h  
 Ignorans penitus quid sit laceratio vestis,

Pon-

(a Matth. 22, 52. (b Joh. 18, 22. (c Joh. 18, 19. 20.  
 21. seq. (d Matth. 26, 59. ad 66. (e Marc. 14, 60. ad  
 64. (f Ibidem Caiphæ summus Pontifex judex ini-  
 quus. (g Joh. 18, 19. 20. 21. (h Matth. 26, 63. ad 66.

*Pontificis summi* jam tandem jura vetusta,  
In nihilum venisse ferunt sacrata per Urbem.

*Christum blasphemum* blasphemo protulit ore (a)  
Concludere reum mortis sine testibus ullis:  
Crimine condemnant capitali, vera loquentem (b)  
Et ceu mendacem damnarunt ore scelesto,  
*Autorem vita plectendum morte feroci.*

*Petre negas Christum*, cujus tu fidus amicus, (c)  
Discipulus promptus fueras, confessor, *Achates*,  
Fallere quando studes homines perjure, *putasne*, (d)  
*Guttore blasphemo Dominum te fallere posse?* (e)  
*Fallere nemo Deum potis est*, sed fallit iniquus, (f)  
Te *Cacodemon* adortus, perfidus arbiter Orci.

Ast ubi perjuro *Christus* tibi lumina fixit, (g)  
Et cecinit gallus, praedictis conscius ipse (h)  
Conversus, tandem tua flecti crimina, *Petre*  
In lachrymis, planctu, luctu pia semina spargis, (i)  
*Nosse cupis Dominum, culpam Dominoque fateris*, (k)  
*Pectore mollis abis* lachrymarum fonte rigatus.

Vicisti *Juda & Jude* de stirpe *Leonem*, (l)  
Sanguine conjunctum vinxisti, tantus amicus?  
Atque genis tumidis superasti fraude *Magistrum*,  
In cujus nemo delictum pectore vidit:  
O os sacrilegum! Tibi vinctus dulcis *Jesus!*

Vade

(a Matth. 26, 63. ad 66. (b Marc. 14, 61. 64. (c  
Matth. 26, 69. ad 70. 75. [d Marc. 14, 60. ad 68. 72.  
[e Joh. 18, 17. 18. 27. (f Luc. 22, 55. 57. 64. (g Matt.  
26, 71. ad 75. (h Marc. 14, 69. ad 72. (i Joh. 18, 25.  
ad 27. (k Luc. 22, 58. ad 62. (l Matth. 27, 2. 10.

Vade triumphalis, tumidum caput effier in altum,  
Et vinclis, laqueis duris, tua guttura stringe.  
*Ducitur à Caipha vinctus Salvator Jesus*  
*Ad Romuli Solymæ Rectorem* Caesaris Aulae, (a)  
Quod statuit *Synagoga* fremens id *Præses* aperte (b)  
Ut confirmaret, cupiunt, poscuntque reposcunt, (c)  
Quem sine praescitu manibus, pedibusque ligatum (\*  
*Jus sibi met tribuunt, fuerat quod Præsidis Almi.*

Lædit utrumque tuam spartam, læditque tribunal,  
Et *Tiberi*, majestatem quoque *Cæsaris Almi*,  
*Pilato licitum est fontes, occidere morte:* (d)  
Quid sceleris patravit homo, *Pilate* petisne? (e)  
Vos Christum interfecistis crucifigier illum  
Expetitis justum, *Pilatus* murmura curat,  
Abluit atque manus, mortis vos unica causa.

Justus es innocuum, dum vis dimittere *Christum* (f)  
Mittis ad *Herodem*, sanctum quo perdat amicum,  
Hic stupidum credit quia nil respondit: *iniquis* (g)  
*Eternum Verbum depromere verba negavit:* (h)  
Quem stolidum dicis *summi est Sapiencia Patris*, (i)  
Impius indutum fatuorum veste remittit.

Tolle, Sacerdotes, populus, plebs infima clamat  
Tolle, boant tauri, reboant mugitibus Echo (k)  
Et *Crucifige* boant, citius *crucifige* scelestum, (l)  
Tolle reum cædis, concordi voce tumultus (m)

Atque

(a Joh. 18, v. 28. ad 32. (b Luc. 23, 1. (c Marc. 15,  
1. (\* Josephus de Bello Jud. Lib. 2. c. VIII. [d Joh.  
18, 29. ad 32. (e Luc. 23, 2. 3. (f Matth. 27, 15. ad 25.  
(g Marc. 15, 6. 10. (h Luc. 23, 13. ad 19. (i Joh. 19,  
36. ad 46. (k Joh. 19, 6. (l Luc. 23, 21. (m Marc. 15, 12.



Atque iterum malefana cohors *Crucifige* per auras.

Tu satur innocuo non es *Pilate* cruore,  
Dum cupis infontem *Christum* deperdere terris, (a  
*Pontificis* monitu, manibus pugnoque flagella (b  
Carnifices mandas *sævos* assumere: *Christi*  
*Terga ferire, secare humeros, & pectora tota,* (c  
Post *spinis redimire Caput,* vel *arundine dextram.*

Percutitur canna, vestitur murice corpus,  
Flectit iniqua cohors, tractat ludibria magna, (d  
Rex *Judæorum* ridendo dicit aveto: (e  
Horreo! spurcatur facies pulcherrima sputo,  
Et linguæ exertæ spumescunt ore procaci.

*Os fores lucis, peple velatis JESUM,*  
Quiste percussit petitis? quasi crimina vestra  
Nesciat, ô cæci! *Domino sunt omnia nota:*  
Lumina si *Christo* velatis, lumina vobis  
*Velabit Dominus,* tenebras dum mittet ad *Orci.*

Ecce *Homo!* sanguifluus, mærensque, fremensque  
dolensque, (f  
Ecce coronatus spinis, cæsusque flagellis, (g  
Vos qui transitis *Christum* spectate dolentem, (h  
Sanguine vulneribus *de sancto* corpore fuso:  
*Non hic Josephi cernetis sanguine tinctam*  
*Vestem: sed Christi caput, artus, saucia terga,*  
*Omnia membra simul: quantum mutatus ab illo?* (i  
Tunc latrone fero peior, mi *Christe,* teneris?

Bar-

(a Matth. 27, 21. ad 29. (b Marc. 15, 16. 17. (c Joh.  
19, 1. 2. (d Matth. 27, 30. (e Joh. 19, 3. (f Joh. 19, 6. (g  
Matth. 26, 17. (h Marc. 15, 17. (i Matth. 27, 20. ad 27

*Barraba?* bipedum quotquot vixere per Orbem (a  
Tunc homines scelerati, seditione gravati? (b  
*O summum Dominum!* crux jam tibi dura ferenda? (c  
*Fæctus mancipium* maledicto pondere pressus, (d  
*Egrederis porta tristis, sit porta doloris:* (e  
Ad mortem portas ad dictum *Golgotha* montem (f  
Dum *Cyrenæus* opem tulerit tibi bajule *Jesu.*

Cur me defletis nuptæ *Solymea* propago! (g  
Vos ipsas, pueros, gnatos, vos flete dolore:  
*O Pater ignoscas illis,* quem scommate, poenis  
Excruciant, *nescit faciat quid cæca libido:*  
*Scit pietas, immensa Patris, scit plectere Natum.*

Qui medios inter scelerum, quasi pompa latrones, (h  
Depansis manuum palmis: crurumque plicatis  
Dira execrati suffixus ab arbore ligni es, (i  
Hostica quem tristi dedit inclementia morti  
Et latus immiti trajectat *satrapa* ferro, (k  
Defluit undè salutis nostræ *Sanguis & Unda.* (l

Grammatibus *Græcis, Hebræis* atque *Latinis,* (m  
Causa fuit *Christi Pilati* morte notata: (n  
*Pontifices,* Scribæ reboant mugitibus amplis (o  
*Si Deus,* aut *Rex es noster, si Filius Abre?* (p  
*Profueras multis, cur non tibi prospicis ipse?*  
Clamant carnifices, *si Rex es gentis Apella?*

Te

(a Marc. 15, 11. (b Joh. 18, 40. seq. (c Matth. 23,  
33. (d Marc. 15, 21. (e Joh. 19, 17. (f Luc. 23, 26.  
(g Luc. 23, 27. ad 31. (h Matth. 27, 31, ad 38. (i Marc.  
15, 24. ad 32. (k Joh. 19, 18. (l Luc. 23, 33. (m Matth. 27,  
37. (n Marc. 15, 26. (o Luc. 23, 38. (p Joh. 19, 19.

*Te facito saluum, ligno descende maligno.*

Jam portant pœnis sitienti pocula aceti, [a  
Dum fitis affligit, dum pressus mortis agone (b  
Fel myrrhæ mixtum, tota cum fece bibendum (c  
Frustra! aderat jam jam claudendus terminus ipse (d  
*Commendas animam Patri, dulcissime JESU* (e  
*Complesti Legem sanctam Prasagia Vatum.*

Quid miracula volunt sibi tempore mortis acerbæ? (f  
Quid *Sacrum Velam Templi* conscindere signat?

*Quam modo Sanctorum sanctum Cælumque patere?*

Quid *Latro* nequam conversus? *Centurio* quid? (g

Quod venit *Christus saluator* noster *Jesus* (h

*Qui nos morte sua Superum statione locaret.* (i

Hunc princeps regimen *Nature Lampas Olympi*, (k

*Astriferis comitata choris defleuit ademptum,* (l

*Implicuitque Solum* tenebris, hominesque coëgit (m

*Desperare diem, & Cœli sperare ruinam:*

*Horrida terra tremuit, rupes monumenta secantur.*

Talia tantaque passus & his graviora, nec ulla (n

Sat memorata prius, nec post memoranda sat ulli, (o

Mortuus impositus tumulo, sub fornice antrum (p

*O fortunatus tumulus quem corpore pressit* (q

*Verus Homo, verusque Deus, veneranda propago.* (r

Vastato

(a Matth. 27, 48. [b Marc. 15, 36. (c Luc. 23, 36.

(d Joh. 19, 29. (e Psalm. 69, 22. (f Matth. 27, 51. [g

Matth. 27, 54. [h Marc. 15, 39. [i Luc. 23, 47. [k Matth.

27, 45. (l Marc. 15, 33. (m Luc. 23, 44. (n Christi se-

pultura (o Matth. 27, 57. [p Marc. 15, 42. [q Luc. 23,

50. [r Joh. 19, 39.

Vastato rediens *Letboque, Orcoque* sub auras, (a  
Quem neque vis, neque fraus, neque faxea claustra se-  
pulchri (b

Nec vigiles etiam *Pilati* militis ira, (c

Nec claustris impressa fides, sub imagine signi (d

Nec mortis rabies, tenuere in funere mœsto.

*Ablatum est Legis chirographum, jam jugulatum* (e  
*Peccatum, mortis privata corpore vires,*

*Destructum Infernum,* procul hinc, procul inde re-  
ductus

*Tartareus* contex, humani nominis hostis, [f

Exspoliare suum quiritantur *Tartara Regem,* (g

Jam si surrexit *Christus,* surgemus & omnes, (h

Quosquos dira quies lenta soporavit in umbra:

Sicut in *Adamo* nos morti tradimur omnes,

Sic rursus in *Christo* de morte resurgimus omnes.

*Apparet multis,* multos instruxit amice

Discipulos, *mittens Spirabile Numen ab Alto,* (i

Et gentes sine Lege vagas, sub utroque cubili [k

Solis, & *Isacidas* fraterni sanguinis equo (l

*Jure,* sub unius cogit Nova Symbola Pacti: [m

*Christianosque suo dixit de Nomine Christus.*

*Justitie culmen Pastor,* ter fidus Amicus, (n

Unica fidentum *Spes, Lux* clarissima *Mundi,*

K

Et

(a Resurrectio Christi [b Matth. 28, 17. (c Marc.

16, 15. [d Luc. 24, 50. [e Humano generi parta salus.

[f Act. 2, 24. [g Hos. 13, 14. (h Rom. 10, 9. (i Matt.

28, 8. ad 15. (k Marc. 16, 12. ad 24. (l Luc. 24, 9. ad

48. [m Joh. 20, 13. ad 23. (n Attributa Christi.

Et *Via* cœlestis, *Fons* vitæ, *Janua* Cœli, (a  
 Certa *Salus* miseris, *rebus Solamen in artibus*, (b  
*Post quadraginta Soles ascendit ad Astra*. (c  
 Dumque valedicens celeris velut *Ales ad Æthra*  
*Tollitur in Cælum*, celebri spectante *Corona*,  
 Indubitata suis postquam solatia *Christus*  
 Tradidit ascendens, dixitque novissima verba.

Mox *Genii duo felices* rutilantis amictus, (d  
 Qui candore nives vincebant, Orbe virorum  
 Ut starent medio, quid sic consistitis, ajunt,  
*Intuiti Cælum Galilæi*? credite certo,  
 (Nam nec vana fides) *prout hunc spectatis Olympum*  
*Scandere, sic ad vos iterum descendet JESUS*.

Ergo redito brevi, *Pastor mitissime* nostri,  
 Prolapsique memor tandem miserescito *Secli*,  
*Perduc nos mœstos omnes ad Cœlica Regna*.

*Herodes* semper mala bestia, venter inanis, (\*  
 Uxoris stultæ petulantis captus amore,  
 Regia sceptra petit, *CAI* desertur ad *Aulam*, (e  
*Cæsaris Antipas* hunc Uxor crimine signat,  
*Consilio CAI* manibus pedibusque ligatus,  
*Cumque uxore sua, legatur ad inclyta Regna*  
*Gallorum*: & vitæ *Lugduni* terminat annos,  
*Perdit fortunas & opes, deperdit honores*.

*Saloma saltatrix*, imprudens, nata *Philippi*, (f  
 Luxu-

(a Act. 1, 3. 9. [b Marc. 16, 19. (c Luc. 24, 51.  
 (d Act. 1, 10. 11. (\* Josephus A. I. Lib. XVIII. cap.  
 VIII. IX. (e Herodis impius exitus. [f Matth. 14, 6.  
 seq.

Luxuriosa nimis, mollis, petulansque, scelestæ, (a  
 Turpiter in venerem fervens, stimulatâ furore, (\*  
*Baptistæ caput abstulerat*, mox propter iniquam  
*Cædem, condignas pœnas luit*, ac tulit ipsa,  
 Tempore dum *bruma* glaciem calcasset in *Ulvo*,  
*Incidit in barathrum*, nam *mersum corpus in undis* (\*  
 Sed *caput avulsum saliens super æthere visum*.

## V. AGRIPPA.

*Herodes Agrippas* astutus, sapiensque, (\*\*  
*Aristobuli sanguis*, tunc lumine cæsi,  
*Romulidum* terris atatem transigit, atque  
 Jactatus variis est casibus, ære gravatus,  
 Principio vitam vix sollicitudine in ægra  
 Sustentans subito spe fit felicior omni.

*Hic TIBERI, CAI, CLAUDI* quoque floruit *ÆVO*  
*A Tiberio* vincit propter convitia foeda,  
*A Cajo* dimissus libertatis honore (\*\*\*)  
 Auctus, finitimis tandem *Trachonitida* campis,  
*A Claudio sævo* terris portenter amictus  
*Judææ* concedit *Regnum*, & quicquid habebat  
*Herodes Magnus*, tribuit quam plurima dona.

*Ecce Pharisei, Saduceique* dolosi, (\*\*\*\*

K 2

Con-

[a Marc. 6, 22. ad 27. (\* Nicephorus lib. 1. Hist. cap.  
 20. Cornelius à Lapide in Marc. VI. p. 595. [\* Wa-  
 læus in Chron. p. 152. 154. (\*\* Josephus A. I. Lib.  
 XVIII. cap. XI. Lib. XIX. cap. 3. 4. 5. & cap. 7  
 [\*\*\* Vixit sub Tiberio, Cajo, Claudio. [\*\*\*\* Apo-  
 stolorum persecutio.

*Constituunt Christi bis senos tollere fratres,  
Judei retinent simul omnes carcere vinctos,  
Deque horum vita certant, de morte nefanda, (a  
Jam mandata suis tribuunt licitoribus atris,  
Compedibus vinctos adducant, carcere solvant.*

*Carcere sed vacuo clauso inveniuntur in Aede, (b  
Dogmata, sanctificamque fidem, populum ore docentes,  
Solverat hos etiam vinculis Deus: isque frequenti  
In Templo populo iussit narrare salutem:*

*Nec potuere tamen miracula tanta movere,  
Aut furibunda Ducum mollire adamantia corda,  
Supplicii que moram, poenae gravitate repensam.*

*Inde trucem in nemefin corda irritantia versa,  
Concutiunt virgis, constantia corpora pulsant  
Bis senos socios Christi, comitesque relegant, (\*)  
Prædicare vetant redivivum corpore Christum.*

*In Stephano pietas quanto vehementior ardet, (\*\*  
Tanto adversus eum fervefcit sævior ira,  
Condemnant ergo infontem, saxisque trucidant: (c  
Qui Christum excedens Regem super Æthere vidit,  
Martyribusque fuit speculum, qui nobile cunctis,  
Laurea martyrii cui primo jure refulget.*

*Herodes populo ut placeat, secat ense Jacobum, (\*)  
Zebedæi gnatum, fidum fratremque Johannis,  
Utque Petrum damnet scelerato compede vincit. (d  
Ecce*

[a Act. 4, 17. cap. 5, 18. ad 34. (b Act. 5, 18.  
ad finem. [\* Apostoli caduntur virgis. [\*\* Ste-  
phanus primus Martyr [c Act. 7, 59. (\*) Herodes Ja-  
cobum interimit. [d Act. 12, 2.

*Ecce autem fulgens subito delapsus ab Arce, [\*  
Tartareos procul à nobis avertere manes, (a  
Cui cura est: vinculis immunem liberat istum.*

*Inde sibi Divinos conciliavit honores, (\*)  
Atque coli voluit Supremi Numinis instar,  
Dum patulas assentatoribus arrigit aures,  
Nuncius Ætherius tumidum ferit, atque dolores  
Infligit miseros in viscera, membraque tota.*

*Innumeri demum nascuntur corpore vermes,  
Undique corrosus mortalem se esse fatetur,  
Et membra immundo correptus tabida morbo, (\*\*  
Illaudatam animam dispergit more tyranni,  
Dum Solymæ septem, sævus regnasset in annos.*

## VI. HERODES.

*Herodes Agrippæ frater sanguine cretus, (\*\*\*)  
Et simul atque gener, sapiens Chaldaica Regna,  
Induperator Romanus cui Claudius ipse  
Tradidit, & Templi curam concessit in Urbe,  
Flaminis arbitriumque dedit, de more creandi  
Contulit, acceptum & Regale numisma tueri.*

*Pontifices Summi facti sunt are venales, [\*  
Mancipiumque Duces, non digni mystica Sacra*

K 3

Tunc

[\* Petrus e vinculis liberatur. (a Act. 12, 2, seq.  
[\* Josephus lib. XIX. A. I. cap. VII. [\*\* Josephus  
ibidem Lib. XIX. A. I. cap. VII. (\*\*\*) Joseph.  
A. I. Lib. XIX. cap. V. IX. Lib. XX. cap. 1. 13. 16.  
[\* Josephus Lib. XX. cap. VIII. A. I. Et de Bello Jud.  
Lib. VII. cap. XIII.

Tunc celebrare ausi : *Mundi sic vertitur Orbis*,  
 Et *Mystris* justis vetuit persolvere census:  
 Sunt alimenta viris *Templi* simul atque negata,  
 Ad luxum, quæstum, quæstoribus æra locata,  
 Usuris magnis demum deperdita cuncta.

*Saulus* erat quondam prædo, plenusque furoris (a  
 Seducitor magnus, *Stephanum* qui funere tristi,  
 Grandinis in medium projectis undique faxis,  
 Obruit, atque aliis tandem malefacta ministrat.

Sed *Lupus* ante *rapax*, vestitur veste tenella, [\*  
 Deponit veterem mentem, cum Nomine Sauli:  
 Et *Paulus magnus*, tranquillus, Doctor in Orbe,  
 Nam docuit gentes & Regna per omnia *Christum*,  
 Transfudit atque fidem muris circumdedit altis,  
 Per mare, per terras, per multa pericula rerum.

*Damasci*, *Solymis*, *Pergami*, *Cæsareæ*que,  
 In patria *Tarsis*, *Lystræ*, simul atque *Seleucæ*,  
*Attaliæ*, *Derbæ*, *Troadæ*, bimarique *Corintho*,  
*Antiochiæ*, *Ephesî* patuit quoque limen *Achajæ*,  
*Amphipoli*, *Berois* & *Athenis*, *Iconiæ*que,  
*Thessaliæ*, *Pergeæ*que *Philippis*, denique *Romæ*.

In *Cypro*, *Arabia*, *Phrigia* Syriaque remota,  
*Pamphilia*, *Lycia*, *Lydia*, *Jonia*que feraci:  
*Macedonas*, *Græcos*, *Mysos*, *Thracæ*que *Triballos*,  
 Et *Galatas* gentes, *Pisidas*, *Ciciles*que per oras,  
*Italiæ*, *Hispaniæ* populos, *Asiæ*que potentis.

Pon-

(a Act. 8, 1. cap. 13, 9. [\* Act. 9, per totum  
 cap. 13. 1. 2. seq.

*Pontifices summi* ferviles mancipiorum, (\*  
 Ad talos stola demissa, cingente galero  
 Stemma verendum, Mystrarumque insignia culta,  
*Omnia vendibiles sparserunt tempore fructus*:  
 Magnifico Templo sunt parvula vasa relicta,  
 Usibus attentis data sunt custodibus agris,  
 Qui tenuit Regnum *Solymorum* quinque per annos.

## VII. AGRIPPA.

*Ultimus Herodis* Regnum de gente superba, (\*\*  
*Agrippæ gnatus* magni cognominis hæres,  
*Romulidum terris nutritus*, *Cæsaris Aula*,  
*Claudi* qui patru defuncti *Calchide* fortem  
 Accipit, & *Templi* Jus, designare Magistros  
 Et bona custodire sacris deposta latebris.

*Nero* ferus, monstrum execrabile terræ, (\* \*  
*Cæsar* in humanis *Christiana* cæde notatus,  
 Matris tentavit furiosæ viscera fœda:  
 Edoctus *Senecæ* didicit præscindere venas,  
 Atque *Petrum*, *Paulum* peracuta falce necare:  
 Et *Matrem ferro*, *Romam* deperdidit igne,  
*Consciens ipse sibi*, proprio se verberat ense.

Hic *Agrippæ* majores superaddit honores,  
*Nero* ferus, reditus confert, donavit & Urbes,  
 Magnificas terras, cum vicis, oppida multa:  
*Paulus Apostolus* eductus de carcere fœdo,

H 4

*Agrippæ*

(\* Josephus A. I. Lib. XX. C. VIII. De Bello Jud.  
 Lib. VII. c. XIII. (\*\* Josephus Lib. XX. A. I. cap. I.  
 (\*\*\*) Josephus de Bello Judaico Lib. V. Cap. VI.

*Agrippa* atque *Berenice* sua facta recenset, (a  
Adfuerat *Felix*, *Judæ Præses* in Oris: (b  
*Sic* verbis sanctis *Regem commovit*, & omnes  
*Ut credant Paulo*, quæ dixerat ore disertio.

*Induperatoris Titi* dum castra sequutus, (\*  
*Ad Gamalam pugnans violento ceditur ictu*,  
*Jura recusantes Judæos* vendidit auro,  
*Seditione gravi* pollentes dissipat arte.

Sed miserum *Regem* fortuna tenaciter urget, (\*\*  
Nam lecti socios germanæ *Matre sorores*, (\*\*\*)  
*Contemnunt Reges*, mœchos violare jugales,  
*Impuros, turpes Veneris* qui facta nefanda (c  
*Seſtantur: Feſtum Drufilla* sagax petulanter,  
*Et Marianna Virum civem*, cum mille talentis,  
*Alexandrum: Herodes* cum sanguine foedo  
Tunc lautus vixit sociatus cordis amore.

Functo *Neroni*, successit *Vespasianus*, (\*\*\*\*  
*Flavius Urbe potenti*, extensâ ad Tibridos undas,  
Atque rebelles *Judæos* insignibus armis  
Aggreditur, mittit numeroſo milite turmas,  
*Magnanimumque Ducem dat Titum Vespasianum*,  
*Delicium generis qui humani Candor & Orbis* [\*  
Dicitur, foedere tranquillo & bello optimus audit:  
*A facie cujus nemo discesſit amicus*,

*Tri-*

(a Act. 23, I. seq. (b Act. 24, per totum. (\* Josephus  
de B. Jud. Lib. IV. cap. I. II. III. (\*\* Ultimus Regum  
Herodianorum. (\*\*\*) Josephus A. J. Lib. XX. cap. V.  
(c Act. XXV. v. 13. 14. (\*\*\*\* Josephus de Bello Judaico  
Lib. IV. c. X. (\* Josephus de Bello Jud. Lib. V. c. XIV.

*Tristior: hæc est laus Titi* bona *Vespasiani*.

*Signa* dedit *Dominus Solymæ* tactura ruinam (\*  
*Flammigerum Sidus*, spatioso limite visum  
*Exitiale*, micans toto anno, *dira Cometes*:  
*Obruitur tenebris moderatrix Cynthia* fulgens,  
*Per duodenas* continuas caligine noctes:  
*Currus falcati*, turmæ super *Æthere* visa:  
*Bos* ad sacrificandum ductus procreat agnum:  
*Audita est vox* in Templo, *Veteres migrate Coloni*.

*Jesus* clamavit, *Væ! Væ! Væ!* nomine dictus,  
*Noctes* atque dies, *Solymæ* per compita currens,  
*Per muros*, plateas Urbis, per sacra, profana,  
*Nec Virgis cæsus*, poterat desistere dictis:  
*Donec* ad extremum turmarum glande peremptus,  
*Væ mihi!* clamavit, *Solymæ prostratus in Urbe*.

Ac septem decies *Christi* dum transit annus [\*\*  
Tunc *Titus Solymam* ferventi milite cinxit,  
*Castra* locat longè fugientibus arva colonis,  
*Myriadasque virum* ter centur cinxerat armis,  
*Pascha suum* populus postquam celebraret in Urbe,  
*Nec spes ulla fugæ*, miseri stant turribus altis,

*Querunt* pars aditum & scalis conscendere tentant  
*Ac capiunt murum primum* cum parte reſecta: [\*\*\*  
*Et secreta Neapolin* inter, tempore *Majo*  
*Ter quater* obscuras aurora excesserat umbras,  
*Ejusdem Mensis Maji*, dum *mœnia scandunt*

K 5

*Alte-*

(\* Josephus de Bello Jud. Lib. VII. c. XI. (\*\*  
Josephus Lib. VI. cap. II. de B. J. (\*\*\*) Josephus  
de Bello Jud. Lib. VI. cap. VII. & XII. Lib. VII. c. XV.

*Alterius muri, inferiorem quam Acra vocabant* (\*)  
 Urbis famosam partem, sub colle repostam.

Partibus his captis, *Legatos mittit in Urbem* (\*\*)  
 Admonet & stimulis cinctos impellit & urget,  
*Incendit Mystas, Cives, populumque, Senatum,*  
*Utro quo Solymam Romanis tradere pergant,*  
 Et requiem pugnae faciant, rebusque salutem,  
 Ferrea belligeri compefcant limina Martis.

*Jungere dum pacem non vult Judaeus Apella,* [\*\*\*]  
 Vexatus bello funesto induruit usu:  
*Legatos violat factis,* scindit maledictis,  
 Et furibundus *ad enses* & vulcania tela  
 Concurrit, jaculis petit & malefacta ministrat.

Legatis nihili ductis: Dominator in Urbe [\*\*\*\*]  
 Turbatur nimium, furis accensus & ira,  
 Ignescit totus, duris dolor ossibus ardet,  
 Incitat atque movet, stimulat, fortesque fatigat,  
*Antoni vallum non expugnabile castrum*  
*Arripiant, invadant: Nam nil Orbe relictum,*  
*Ardua quo terris Virtus, penetrare, nequiret.*

*Vespasianus ovans, quatiens bis mania Castris,*  
 Ictibus in primis confectos perdidit armis, [\*]  
 Non tamen his fractus: *tandem bona causa triumphat,*  
 Dixit, & ipse tulit bellator *leta brabea:*

*Dum*

(\*) Josephus de Bello Jud. Lib. VI. c. X. cap. XIV.  
 Lib. VII. c. XVI. (\*\* Joseph. de B. J. Lib. VI. cap. VII.  
 (\*\*\*) Josephus de B. J. Lib. VI. cap. VII. (\*\*\*\* Joseph.  
 de B. J. Lib. VII. cap. I. (\* Josephus de Bello Jud. Lib.  
 VII. c. I. & cap. V.

*Dum Castrum Antoni Romanis viribus aufert,*  
*Cum sexto Juli magno de Nomine* dicti  
 E terra Phæbus clivosum scandit Olympum.

Tum quoque dira fames, implacataque vigeat, (a)  
 Flamma gulae tristis, regnabat mortis alumna,  
 Esuries malefvada domi, furibunda propago,  
 Incessit Cives: *Natorum carnibus usa,*  
*Affatis genitrices stercoribusque columba,*  
*Et corium, fœnum, pelles & stercus equorum,*  
*Hic cibus, hæque dapes, multis epulaque fuere,*  
 Civibus obsessis *Solymorum* nocte dieque.

Cives incessit magno discordia motu, (b)  
 Scinditur incertum studia in contraria vulgus,  
 Confodiunt multos, grassantur undique totis  
 Viribus oppositi, gladiis in viscera certant,  
 Diripiunt miseros, surgunt de nocte latrones,  
*Millia clarorum perdunt duodena virorum.*

*Dira lues etiam Solymæ vitia verat auras,* (c)  
 Pallidaque exangui squallebant corpora morbo,  
 Labantesque cadunt populi, juvenesque, senesque,  
 Junguntur Natis, Patres, cum Matribus ipsis,  
 Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in Urnas,  
*Strataque sunt hominum sexcentum millia terris.*

Restabat *Solymæ Templum,* quod *Vespasianus,* (d)  
 Postre-

(a) Josephus de Bello Jud. Lib. VI. c. XI. & cap. XIV.  
 Lib. VII. c. VII. [b] Josephus de Bello Jud. Lib. VII. cap.  
 XIV. Lib. VII. c. IV. [c] Josephus de B. J. Lib. VII. c.  
 XVI. (d) Josephus de Bello Judaico Lib. VII. cap. IX.  
 seq.

Postremo aggreditur, numeroſo milite fretus,  
 Obſidet & circum ferroque laceſſit & igne  
 Oppugnat variis telis populumque fatigat,  
*Poſtque decem Soles Auguſti mania ſcandit,*  
*Cuncta ſovet flammis, & triſtibus ignibus urit,*  
*Peffundat, ſternit, ſubvertit mania firma.*

*Concidit en totum quæ nobilitata per Orbem, (a)*  
*Urbs pietatis amans, juſti que profeſſa tenorem,*  
 Proh dolor! ecce jacet moles illa ardua Templi,  
*Quod penetrabile Dei fuerat paradifus in Urbe,*  
 Quid memorabilius viſu, audituque referri?  
 Aut fieri potuit toti lachrymabile Mundo?

Mox populum mæſtum devictura ſub juga mittit,  
 Et nonaginta ſeptem ſunt millia capta,  
 Ac decies ſeptem ſunt millia miſſa  
 Noxia *Alexandriam Dominam* ſuper *oſtia Nili,*  
 Sunt reliqui *cives* parva mercede laborum  
 Diſtracti, per grande *Solum, Pelagique* reſſus.

Sic ſinem tragicum *Solyma Regnoque Jehuda*  
 Imponunt: moniti *Mortales* diſcite cuncti, (b)  
 Ducere nunc vitam ſanctam, non ſpernere *Jouam,*  
 Qui mare, qui terras, qui *Cælum* lumine complet,  
 Qui *Phæbo* radios dedit & qui cornua *Luna,*  
 Qui ſuper *Aſtriferi* tabulata nitentia *Templi,*  
 Ipſe *Monarcha* ſedet, qui nutu cuncta gubernat  
 Et fera terribili jaculatur fulmina dextra!

Undecimum *Seclum* durarunt celfa *Sionis,*  
 Culmina *Sacrorum Luſtris* ter quinque peractis,


Bisque

(a) Joſephus de B. I. Lib. VII. cap. XVIII. (b) Joſephus  
 de Bello I. Lib. VII. cap. XVII.

Bisque duas æſtate  
 Per *David* regen  
 Condita quæ fuerat  
 Qui populis *Can*  
 Secula perque nov  
 Bisque novem *Lu*  
 Hæc bene ſi nu  
 Viginti atque unu  
 Adde duos annos,  
 Dum *Solyman Ti*  
 Mœnia peſſundans

DISCITE MOE  
 VE  
 OMNIA NA  
 CONC  
 DISSIPAT AS  
 REGN

SANG  
 EST SANCT  
 ET SAN  
 ÆTERNUS  
 QUOQUI  
 TRIN - UNU  
 VENERA



io:

ntem,

e,

annos.

*Mundi*

eractis

ne,

ullit,

ES VI-

ORS

ORDIA

ER,

IS

US,

Index